871
S7.Ym

NOTICE: **Return or renew all Library Materials! The *Minimum* Fee for each Lost Book is $50.00.**

The person charging this material is responsible for its return to the library from which it was withdrawn on or before the **Latest Date** stamped below.

Theft, mutilation, and underlining of books are reasons for disciplinary action and may result in dismissal from the University.
To renew call Telephone Center, 333-8400

UNIVERSITY OF ILLINOIS LIBRARY AT URBANA-CHAMPAIGN

DEC 09 1999

U. of Otago
06/19/04

CLASSICS

L161—O-1096

UNIVERSITY OF
ILLINOIS LIBRARY
AT URBANA-CHAMPAIGN
CLASSICS

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/deppapiniostatio00mich

871
7.Ym
871
S7.4m
UNIVERSITY OF ILLINOIS LIBRARY
DEC 30 1916

De P. Papinio Statio M. Annaei Lucani imitatore

Dissertatio inauguralis
quam consensu et auctoritate
amplissimi philosophorum ordinis
ad summos in philosophia honores

in

Universitate litterarum Vratislaviensi

rite capessendos scripsit et

**die XXVIII mensis Februarii anni MCMXIV hora 11½
in Aula musica**

publice defendet

Waldemar Michler
Silesius

Idem disseret „Quomodo et qua ratione poëtae veteres in imitando usi sint"

Vratislaviae
Typis Nischkowskyanis
MCMXIV

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Konratus Ziegler.

Examen rigorosum habitum est die XIX. mensis Decembris anni MCMXIII.

KONRATO ZIEGLER

S.

871
S7.Ym
Spencer 14 Jan 18

Veteres poëtas multa quae priores bene dixisse viderentur, in suum usum convertisse, ut aut orationem exornarent variis remediis e priorum usu derivatis aut celeberrimum poëtam honorarent versibus ex carminibus eius depromptis aut se ipsos materia vel sententiis idoneis egere dissimularent aliorum elocutionibus pulcherrimis adhibitis[1]), nemo nescit. Hic usus cum apud poëtas Augusteae aetatis, quorum Vergilius Homerum aliosque, Horatius Alcaeum et Sappho, alii alios secuti sunt, tum apud posteros floruit; in quibus etiam Statius numerandus est, qui praecipue Vergilium[2]), Ovidium[2]), Horatium[3]) imitatus est. Num etiam Lucanum, cui in libris suis honores habuit magnos, secutus sit, hac commentatione tractandum mihi sumpsi sperans operam in hac re collocatam ad ingenium poëtae rationemque universae poëseos veteris cognoscendam haud inutilem fore. Satis magna diligentia atque pertinacia ad hunc laborem perficiendum me usum esse conscius mihi sum, praesertim cum Hosii[4]) verba, quibus disseruit, quantas difficultates talis quaestio tractanda offerret, non ignoraverim.

Deinde de materiae congerendae ratione, qua usus sum, etiam hoc adicio me, cum multos locos similes attulerim, minime cunctos in imitationibus ponendos esse existimasse.

---

[1]) cf. Hosius, Plagiatoren und Plagiatbegriff im Altertum, Neue Jahrb. 1913, 3. Heft, pg. 190. De imitatione apud poetas Romanos: cf. Bickel, Burs. Jahresber. 140, 250; Kroll, Neue Jahrb. XI (1903), pg. 9; Leo, Vergil und Ciris, Hermes, 1902, pg. 50 sqq.; Skutsch, Gallus und Vergil, pg. 88, Anmkg. 3.

[2]) cf. Luehr. de P. Papinio Statio in Silvis priorum poëtarum Romanorum imitatore, diss., Braunsberg, 1880, pg. 27 sqq. et Deipser, de P. Papinio Statio Vergilii et Ovidii imitatore, diss., Straßburg, 1881 (dissert. Argentoratenses, Bd. V).

[3]) cf. Zingerle, Zu spät. Lat. Dichtern, Innsbruck, 1873, Teil I, pg. 2 et Luehr, l. c., pg. 5 sqq.

[4]) cf. Hosius, de imitatione scriptorum Romanorum imprimis Lucani, Festschrift der Universität Greifswald, 1907, pg. 3.

p-40575

Omnes tamen annotandos duxi, primum quod haud raro difficillimum est diiudicare, utrum imitatio agnoscenda sit necne, deinde ut, si Hosii verbis[1]) uti licet, demonstrarem, „quantopere eaedem sententiae cumque sententiis eadem verba apud Romanos repeterentur.“

Quare si quis coniciat a Statio omnia, quae habet cum Lucano communia, ex eius carmine deprompta esse, vehementer erret. Nam ille poëta hausit non modo ex hoc, sed etiam ex aliis prioribus poëtis, praecipue ex Vergilio et Ovidio. Eorum in agmine versatur etiam Lucanus. Itaque nobis multae similitudines imitationesque occurrent, praecipue hexametrorum initia et clausulae, quae et Lucano et Statio et poëtis prioribus communes sunt. Has excludere ex hoc libello nolui, primum quod consensus duorum poëtarum, quam maxime possem, plene et perfecte afferre in animo habui, deinde quod non nunquam verbis transpositis vel, cum Statio aliquo loco plura verba cum Lucano quam cum poëtis prioribus communia sint, cognosci potest Statium non vetustiores, sed Lucanum poëtam imitatum esse. Eos igitur locos, qui iam apparent apud poëtas priores, in particulis huius commentationis I—III sub littera a attuli, reliquos, quos ante Lucanum apud nullum poëtam priorem invenire potui, sub littera b congessi[2]).

Quodsi quaeritur, cur Lucanum apud Statium auctoritatem habere velimus, primum quidem in agmen vocamus inscriptionem Silvarum, quod Statii opus in hac disputatione una cum Thebaide et Achilleide est tractandum. Titulus enim *Silvarum* primum apud Lucanum invenitur, qui genus carminum collectorum, quae nobis servata non sunt, hoc nomine inscripserat[3]). Statium, cum carminibus suis eundem titulum dederit, libenter in illius poëtae operibus occupatum ac versatum esse et, ut Lucanum summis honoribus afficeret, nomen *Silvarum* in sua carmina transtulisse cum Vollmero concludimus.

---

[1]) cf. Hosius, de imitatione scriptorum Romanorum imprimis Lucani, Festschrift der Universität Greifswald, 1907, pg. 12.

[2]) Sed illud observandum est fieri potuisse, ut his locis exemplum esset nobis ignotum.

[3]) cf. Schanz, Geschichte der Römischen Literatur II 2³ pg. 103 sq. et F. Vollmer, P. Papinii Statii Silvarum libri, Leipzig, 1898, pg. 24.

Neque neglegendum est illud Genethliacon Lucani ad Pollam, quod poëma (Silv. II 7) Statius die natali Lucani mortui Pollae Argentariae viduae eius dedicavit. Quibus versibus cum Lucanum summis laudibus efferat, quin illum poëtam permagni aestimaverit, cui nostrum dubium videtur?

Porro ut quid Statius Lucano deberet perquirerem, etiam iudicio recentium virorum doctorum adductus sum, qui hoc poëseos genere magnopere occupati Statium etiam Lucani vestigia pressisse confirmaverunt. Horum praecipue affero Zingerlium[1]) et Manitium[2]).

Hae causae, ut ad opusculum meum aggrederer, me excitaverunt. Qua in re multi libri mihi utiles fuerunt, quorum commemoratione imprimis digni sunt hi:

P. Papinii Statii opera omnia ex editione Bipontina, in usum Delphini, London, 1824, ubi nonnullas similitudines dispersim allatas, praecipue eas, quae ad mythologiam pertinent, inveni.

Vehementer vero dolendum est ab O. Müllero sex tantum libros Thebaidis, Leipzig, 1870, in lucem missas esse[3]).

Porro Zingerlii libro qui inscribitur: Zu späteren Lateinischen Dichtern I, Innsbruck, 1873, et II, ibidem, 1879, et

---

[1]) cf. Zingerle, Zu späteren Lat. Dichtern, Innsbruck, 1879, Teil II, pg. 34, in fine adnotationis primae: „Für Statius ließen sich auch bedeutende Stellen mit Lucan zusammenstellen, wofür nun die Verzeichnisse der auctores in der Ausgabe des Statius von O. Müller, Leipzig, 1870, nicht wenig Material an die Hand geben, in welchen freilich auch nicht überall gleichmäßig zwischen Bedeutendem und mehr Zufälligem geschieden ist. Doch die Tatsache steht fest."

[2]) cf. M. Manitius, Zeitschrift für Österreich. Gymnas., XXXVII (1886), pg. 81: „Die Nachahmungslust in der römischen Poesie ist eine außerordentlich große. Ohne sich zu entschuldigen, übernimmt der eine Dichter ganze Verse oder Sätze aus dem andern. Dies ist im einzelnen oft nachgewiesen worden, besonders durch A. Zingerle in seinem Buche „Zu spät. Lat. Dichtern." Wenn man auch hier von solchen Wendungen absieht, die sich besonders am Hexameterschluß als notwendig beinahe von selbst ergaben, — man könnte dies poetische Tradition nennen — so bleibt doch eine große Anzahl von wirklichen Entlehnungen zurück. Lucan, Silius und Statius sind in dieser Beziehung durchaus dem Vergil, aber auch dem Ovid gefolgt, und ebenso benützt der jüngere den älteren."

[3]) cf. Zingerle, Zu spät. Lat. Dichtern, Innsbruck, 1879, Teil II, pg. 34, Anmerkung 1.

Fickii libello cuius titulus est: Kritische und sprachliche Untersuchungen zu Lucan, Straubing, 1890, gratiam habeo maximam, qui mihi praecipue pares vel similes versus et versuum partes suppeditaverunt.

Eodem modo saepe me adnotationibus atque sermonis observationibus adiuvit Vollmerus, qui in editione Silvarum (Leipzig, 1898) Statium suum summo studio Lucanum amplexum esse affirmat[1]).

Item summa cum utilitate usus sum libris quos citavit Hosius in praefatione Lucani editionis, Leipzig, 1905, pg. XXVIII.

Praecipue autem ipsi mihi quam maxima diligentia Lucani et Statii carmina perscrutanda erant nec, cum ea iterum iterumque legerim, multa me effugisse opinor. Nihilominus haud scio an aliquae imitationesme praeterierint. At tamen multas inveniri posse, quibus aliquid maioris momenti afferatur, vix credam.

Priusquam autem ad rem ipsam aggrediar, quo ordine similitudines proferre in animo habeam, exponendum mihi est. Qua in re haec dispositio mihi rei aptissima visa est:

I. De similibus versuum initiis.
II. De similibus versuum clausulis.
III. De aliis similibus hexametri locis.
IV. De similibus sententiis.
V. De fabulis similiter narratis et rebus similiter pertractatis.
VI. De similibus comparationibus.

His editionibus usus sum:

Ennius, ed. J. Vahlen, Leipzig, 1903.
Sallustius, ed. H. Jordan, Berlin, 1887.
Lucretius, ed. Munro, Cambridge, 1886.
Catullus, ed. Schwabe, Gießen, 1866.
Cicero, de oratore, ed. Piderit, Leipzig, 1878.
Vergilius, ed. Ribbeck, Leipzig, 1859.
Horatius, ed. Vollmer, Leipzig, 1907.
Ovidius, ed. Riese, Leipzig, 1871.
Propertius, ed. M. Rothstein, Berlin, 1898.
Curtius, ed. Vogel-Weinhold, Leipzig, 1903.
Tacitus, ed. Nipperdey, Berlin, 1908.
Seneca, Trag., ed. Peiper-Richter, Leipzig, 1902.

[1]) l. c., pg. 20, 31.

Seneca, De beneficiis et de clementia, ed. Hosius, Leipzig, 1900.
Seneca, Nat. Quaest., ed. Gercke, Leipzig, 1907.
Seneca, Dialogi, ed. E. Hermes, Leipzig, 1905.
Manilius, ed. Th. Breiter, Leipzig, 1907.
Phaedrus, ed. L. Müller, Leipzig, 1888.
Petronius, ed. Buecheler, Berlin, 1882.
Lucanus, ed. Hosius, Leipzig, 1905.
Silius Italicus, ed. Bauer, Leipzig, 1890.
Valerius Flaccus, ed. O. Kramer, Leipzig 1913.
Statius, Silvae, ed. Klotz, Leipzig, 1900.
Statius, Thebais, ed. Klotz, Leipzig 1908.
Statius, Achilleis, ed. Klotz, Leipzig, 1902.
Persius, ed. Jahn-Buecheler, Berlin, 1886.
Juvenalis, ed. L. Friedländer, Leipzig, 1895.
Martialis, ed. L. Friedländer, Leipzig, 1886.
Suetonius, Caesares, ed. M. Ihm, Leipzig, 1907.
Apuleius, Metam., ed. R. Helm, Leipzig, 1907.
Avienus, ed. A. Holder, 1887.
Ausonius, ed. C. Schenkl, Berlin, 1883.
Claudianus, ed. Jeep, Leipzig, 1876.
Corippus, ed. M. Petschenig, Berlin, 1886.
Dracontius, ed. Fr. von Duhn, Leipzig, 1873.
Orestis Tragoedia, ed. C. Schenkl, Prag, 1867.
Consolatio ad Liviam, ed. Baehrens (Poet. lat. min. I 104).
Culex, ed. F. Leo, Berlin, 1891.
Anthologia Latina, ed. II, ed. Riese, 1894 et 1906.
Carmina latina epigraphica, ed. F. Buecheler, Leipzig, 1897.

I.

De similibus versuum initiis.

1.

Versuum initia usque ad caesuram semiternariam similia sunt:

a.

Phars. VIII 467: *Tempus erat,* quo
Silv. II 2, 133: *Tempus erat,* cum
Silv. III 1, 52: *Tempus erat* caeli
Theb. IV 680: *Tempus erat,* medii; cf. Verg. Aen. II 268; Ovid. Met. XIV 147: haec satis; multa alia exempla enumerare possum. De hac re iam disseruit Wold. Ribbeck (Verg. op. rec. O. Ribbeck, Leipzig, 1859–62, index).

Phars. I 67 = Silv. IV 4, 49: *Fert animus*; similiter Ovid. Met. I 1; 775; Stat. Theb. I 416; Sall. Bell. Iug. 54, 4; Suet. Oth. 6.

Phars. I 233: *Iamque dies* . . . exoritur
Silv. III 1, 55: *Iamque dies* aderat; cf. Verg. Aen. II 132; Horat. Sat. I 5, 20.

Phars. VII 545: *Ventum erat ad* robur
Phars. IX 511: *Ventum erat ad* templum
Theb. II 65: *Ventum erat ad* Thebas
Theb. IX 225: *Ventum erat ad* fluvium; cf. Verg. Aen. VI 45; Horat. Sat. I 9, 35; Ovid. Fast. III 13; 651; Dracont. X 366.

Phars. X 193 = Silv. I 2, 103; Theb. I 283; V 753: *Finierat*[1]); cf. Ovid. Met. XIII 123; Fast. VI 65.

---

[1]) cf. E. Bednara, Archiv für lat. Lexikographie, XIV, pg. 350 sq.: „formae perfecti, plusquamperfecti, futuri exacti productione syllabarum graves commodiores fiunt omissa littera v.“ cf. Ovid. Am. I 13, 45: fīnĭĕram.

Phars. III 406: *Si qua fidem* meruit
Silv. V 2, 117: *Si qua fides* dictis; cf. Verg. Aen. X 792; Ovid. Met. IX 55; 371; XV 361; Amor. II 6, 51.

Phars. II 15 = Theb. V 719: *Mens hominum*; similiter Verg. Aen. X 501: Nescia *mens hominum*

Phars. I 147: *Ferre manum*
Theb. VIII 668: *Ferte manus!* cf. Verg. Aen. V. 403: *Ferre manum*

Phars. I 144; 145: . . . sed *nescia* virtus
Stare loco
Theb. I 130; XI 658: *Stare loco*

Simile aliquid invenitur apud Vergilium, Georg. III 84: *Stare loco nescit.*

Phars. VI 415 = Theb. II 177: *Mens agitat*; cf. Verg. Aen. IX 187.

Phars. VII 616 = Theb. X 317: *Vita fugit*; similiter Verg. Aen. XI 831; XII 952: *Vitaq*ue cum gemitu *fugit* . . .

Phars. IX 741; 742: *Ecce* subit virus tacitum, *carpitque medullas*
Ignis edax
Theb. XII 429; 430: *Ecce* iterum fratres; primos ut *contigit artus*
Ignis edax

Etiamsi versus initium *Ignis edax* legitur apud Ovid. Met. IX 202 (postea apud Dracont. IV 53), tamen ex reliquis consensibus Lucanum hoc loco esse Statii auctorem concludendum est.

Phars. VI 419: *Spemque metumque*
Phars. VII 211: *Spesque metusque*
Silv. II 2, 125: *Spemque metumque*; cf. Verg. Aen. I 218; Val. Flacc. VII 192; Coripp. Joh. III 154; Anth. Lat. 8, 67.

Phars. X 117: *Calcabatur* onyx
Silv. I 3, 53: *Calcabam*; cf. Ovid. Met. II 853.

Phars. I 127 = Theb. III 563: *Scire nefas*; cf. Ovid. Fast. III 325; Horat. carm. I 11, 1[1]).

---

[1]) cf. Ganzenmüller, Beiträge zur Ciris, Fleckeis. Jahrb., Suppl.-Bd. 20 (1894), pg. 649.

b.

Phars. II 18; 19: . . . latuit *plebeio* tectus amictu
Omnis honos: nullos comitata est *purpura fascis*
Silv. I 2, 233; 234: *Omnis honos*[1]), cuncti veniunt ad limina *fasces*;
Omnis *plebeio* teritur praetexta tumultu
Silv. IV 1, 26; 27: *Purpureique* patres, lucemque a consule ducit
Omnis honos?
Ach. I 798: *Omnis honos*
Verba *Omnis honos* claudunt pentametrum apud Ovid. Fast. V 18.

Phars. III 689: *Mille modos* inter *leti mors una* timori est
Theb. IX 280: *Mille modis leti* miseros *mors una* fatigat

Phars. IX 783 = Silv. IV 2, 52; V 1, 127: *Parva loquor*

Phars. II 108: *Crimine quo* parvi caedem potuere *mereri?*
Silv. V 4, 1: *Crimine quo merui,*

Phars. VIII 308 = Theb. II 148; XI 299: *Fata movent*

Phars. IX 217 = Theb. XII 417: *Mortis honos*

Phars. I 129: . . . alter *vergentibus* annis[2])
In senium[3])
Theb. I 390: Rex ibi tranquille, medio de *limite vitae*
In senium vergens,
Similiter Phars. II 105 sq.:
Non *senis* extremum piguit *vergentibus* annis
Praecepisse diem, nec primo in *limine vitae*
et Silv. IV 4, 70: *Vergimur in senium*

Phars. I 205 = Silv. III 3, 117; *Signa tulit*

Phars. III 627 = Theb. VII 591: *Strage virum*

Phars. IX 770 = Theb. VI 842: *Membra natant*

Huic parti subiungo:

---

[1]) Lehanneur, de P. Pap. Statii vita et operibus quaestiones, Paris, 1878, pg. 142 dicit: „*Omnis honos*", non semel a Statio dictum est pro omnibus magistratibus (I 2, 233 et IV 1, 27): in eadem ecloga iam Statius dixerat „bis sextus *honos*" pro consulatu.

[2]) Similiter Seneca, de clem. I 11, 1: iam *in senectutem annis vergentibus.* cf. etiam Tac. Annal. XIII 38.

[3]) Hanc substantivi formam epici inde ab Ennio adamaverunt pro solita, quae est *senectus,* quippe quae in hexametri numeros minus quadraret: cf. Bednara, l. c., pg. 346.

Phars. X 194 = Silv. II 1, 82: *Fas mihi*

Phars. V 272: *Imus in* omne nefas[1])
Silv. III 2, 69: *Imus in* abruptum[2])

2.

Versuum initia inter se congruunt usque ad caesuram semiquinariam.

a.

Primo loco commemoranda sunt duo patronymica, quae versum usque ad hanc caesuram complent:
Phars. IX 644 = Silv. IV 6, 33; Theb. I 486; V 401; VI 312; VIII 499; X 647; XI 47: *Amphitryoniades*; cf. Verg. Aen. VIII 214; 103; Ovid. Met. IX 140; XV 49; Petron. 119, 206; Val. Flacc. I 375; 635; III 733.

Phars. VIII 407 = Theb. I 313; IV 491; VI 426; VII 216: *Oedipodionias*; cf. Ovid. Met. XV 429.

Cetera exempla haec sunt:
Phars. I 33; 34: Quodsi non aliam venturo *fata* Neroni
Invenere viam
Silv. V 1, 145: *Invenere viam* liventia *fata*
Similiter Verg. Aen. X 113: *Fata viam invenient* . . .
et Theb. V 109: *Inveni,* promitto, *viam* —

Phars. II 98; 99: . . . . *quis* ille
Quis fuit ille dies.
Theb. I 165; 166: . . . *quis* tum mihi, saeve,
Quis fuit ille dies; cf. Ovid. Am. III 12, 1; Theb. XII 698.

Phars. VIII 208 = Silv. III 4, 20: *Terrarum dominos*[3]); cf. Horat. Carm. I 1, 6; Ovid. ex Ponto I 9, 36; II 8, 26; Mart. I 4, 2.

Phars. I 184; VII 679 = Theb. VIII 734: *Ingentesque animos* cf. Ovid. Met. I 166.

b.

Phars. I 388 = Theb. IV 353; VI 663: *Promisere manus*

Phars. II 169 = Theb. III 199: *Meque ipsum memini*

---

1) cf. Ovid. Met. VI 613: Possit. in *omne nefas* ego me, germana, paravi.
2) cf. Verg. Aen. XII 687: Fertur *in abruptum* et Claudian. in Eutrop. II 424.
3) Hos locos comparavit A. Zingerle, Ovidstudien, III, pg. 21.

Phars. II 234: *At non magnanimi*
Theb. X 399: *At non magnanimus*
Postea Claud. Ruf. I 259.

Phars. II 331 = Silv. IV 8, 4: *Tertia iam suboles*

Phars. VI 160; 161: . . . confringite *tela*
Pectoris impulsu
Theb. VII 529; 530: . . . quales ubi *tela* virosque
Pectoris impulsu rabidi stravere leones

Phars. I 543: *Desperare diem*
Theb. IV 284: *Desperasse diem*

Phars. IV 617: *Conseruere manus*
Theb. VII 323: *Conseruitque manum*
Similiter Theb. III 18: Si *conserta manus*
Verba *conseruere manus* finiunt pentametrum apud Ovid. Heroid. XII 100.

Phars. V 215 = Silv. V 5, 12: *Liventesque genas*

Phars. VI 547: *Insertum manibus*
Phars. VIII 552: *Inseruisse manus*
Phars. IX 483: *Inseruitque manus*
Silv. II 5, 6: *Insertasque manus*

Verba *inseruisse manum* claudunt pentametrum apud Ovidium, Am. II 15, 12.

Phars. VI 732 = Theb. III 60: *Infelicem animam*

Phars. I 4: *Cognatas acies*
Theb. I 1: *Fraternas acies*

Hoc loco enumeranda esse puto:
Phars. I 70: *Invida fatorum*
Theb. X 384: *Invida fata* piis
Postea in carm. epigr. 555, 4.

Usque ad caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον consentiunt:
Phars. I 609 = Theb. I 507: *Electa cervice*

3.

Versuum initia sunt eadem usque ad caesuram semiquinariam excepto verbo primo.

a.

Phars. X 85: Et *sic orsa loqui*
Theb. X 125: Tunc *sic orsa loqui*; cf. Verg. Aen. VI 125; Ovid. Met. IV 320; VI 28; Claudian. in Eutrop. I 391[1]).

Phars. II 525: Lucis *rumpe moras*
Ach. I 872: Heia, *abrumpe moras*; cf. Verg. Aen. IV 569; Ovid. Met. XV 583; Mart. II 64, 9; Claudian. epist. II 19; Anth. Lat. 17, 89; similiter Verg. Georg. III 42.

Existimo in hoc numero etiam ponendos esse hos versus:
Phars. VII 68: Hoc *pro* tot *meritis*
Theb. V. 320: His mihi *pro meritis*; cf. Ovid. Am. III 6, 105: At tibi *pro meritis*

b.

Phars. I 6: In *commune nefas*
Ach. I 669: Iam *commune nefas*

Phars. V. 442: Saeva *quies pelagi*
Silv. II 2, 26: Mira *quies pelagi*

Phars. II 165: Tam *laceros artus*
Phars. II 177: Cum *laceros artus*
Theb. XII 411: Huc *laceros artus*

Phars. VIII 139: Heu *nimium felix*
Silv. V 5, 59: O *nimium felix*
Similiter fere Senec. Herc. Oet. 1778:
Tantus vocabit? o *nimis felix nimis*
Senec. Herc. Oet. 1803: Dilecta vidi? pro *nimis felix nimis*
Sil. It. I 667: Cum *felix nimium*

II.

De similibus versuum clausulis.

1.

Primo finem hexametri usitatissimum[2]) commemorare volumus, in quo pedes quintus et sextus

---

[1]) cf. Gramlewicz, Quaest. Claudianeae, diss., Breslau, 1877, pg. 11.
[2]) cf. L. Müller, de re metrica, pg. 206.

— prior quidem dactylus — singulis nominibus explentur: –⏑⏑ –⏓[1]).

a.

Persaepe duo substantiva inter se cohaerentia, quae ad talem versus finem maxime apta sunt, a poëtis usurpantur.

Nubila[2]) saepe ponitur in quinto pede, praecipue una cum sequente voce *caeli* vel *caelo:*

Phars. X 242 = Silv. III 3, 36; Theb. I 342; 664; VI 406: *nubila caelo*; cf. Verg. Aen. III 586; XII 367; Georg. IV 166.

Item *saecula* hoc loco saepe ponitur:
Phars. VII 589 = Silv. I 1, 8; Theb. II 486; V 747: *per saecula nomen*; cf. Verg. Aen. VI 235; Sil. It. III 441; X 71; XV 553; C. I. L. III 6423.

Saepissime hoc hexametri loco poëtae trisyllabo casu nominis *pectus*[3]) una cum sequente bisyllabo vocabulo utuntur; velut haud raro leguntur nomina *pectore* et *cura:*
Phars. I 272; III 52; VIII 161 = Silv. II 1, 71; V 1, 77; Theb. II 338; VIII 606; XII 514: *pectore curas*; cf. Verg. Aen. I 227; Sil. It. IV 92; Val. Flacc. V 281; Claudian. VI. Cons. Hon. 147.

Porro nonnullae aliae hexametri clausulae in quinto pede cum *pectora* (*–re*) compositae commemoratione dignae sunt:

Phars. II 38: *pectora matres*

---

[1]) cf. Zingerle, Zu spät. Lat. Dichtern, I, pg. 46 sqq. Skutsch, Pauly-Wissowa, V 2623 (de Ennio). Weyman, Blätter für Bayr. Gymnas.-Wesen, 31 (1895), pg. 537 sqq. E. Bednara, Archiv f. Lat. Lexikographie, XIV, 554.

[2]) cf. Bednara, l. c., XIV, 540: Magnus est numerus neutrorum secundae declinationis, quae in plurali poëtico apparent. Nam cum masculina et feminina non fere nisi synaloephae defugiendae causa plurali ponantur numero, pluralis neutrorum rythmo postulatur.

[3]) cf. Bednara, l. c., XIV, 554: Saepius autem quam masculina et feminina tertiae declinationis plurali ponuntur neutra attributo vel praedita vel priva, causa vel cogente vel non cogente rhythmi tantum gratia, cum poëtae nomina dactylica velut *cărmĭnă pĕctŏră* libenter in quinto hexametri pede collocaverint. Atque omnino nom. et acc. pl. in dactylicum cadens multo est commodior quam singularis unam tantum aut — ante cons. nullam brevem syllabam praebens.

Silv. V 5, 13: Theb. III 126: *pectore matres*; cf. Verg. Aen. VII 392; XI 877.

Huc pertinet idem usus dactylicorum casuum vocabulorum *aequor* et *litus*, quibus vocabulis etiam *gurges*, quod nomen non tam saepe legitur, addi potest. Haec exempla mihi praesto sunt:

Phars. I 693; IV 429; VII 134; VIII 178; IX 348 = Theb. IV 812; V 89: *littora ponto*; cf. Ovid. Met I 292; Sil. It. I 54; XVII 239; Val. Flacc. II 366; IV. 590; VIII 207.

Phars. II 649: . . . *solvunt*que cavas a *litore puppes*
Silv. V 1, 242; 243: . . . Phario de *littore puppes*
Solvit iter
Clausula *litore puppes* iam invenitur apud Verg. Aen. III 277; VI 901.

Phars. III 235 = Silv. I 3, 65: *gurgite fontem*; cf. Sil. It. IV 639.
Phars. V 234; VII 813 = Theb. VII 143: *gurgite pontus*; cf. Lucret. V 387; Verg. Aen. XI 624; Petron. 123, 241; Sil. It. I 197; IX 320; XII 117; 440.

Porro poëtae hoc versus loco crebro utuntur nominibus *sidera* et *tempora*:
Phars. IV 54; 521 = Silv. V 1, 241; Theb. X 145: *sidera caelo*; cf. Verg. Aen. IV 578; Georg. II 1; 342; Ovid. Met. VII 580; Sil. It. II 289; VII 476; XI 461.

Phars. II 268 = Theb. I 499: *sidera lapsu*; cf. Verg. Aen. IV 524.

Nomen *tempora* saepe cum vocabulis *nox* et *vita* coniungitur [1]):
Phars. VI 120 = Theb. II 171: *tempora noctis*; cf. Ovid. Am. II 11, 51.

Phars. IV 481; IX 233 = Silv. V 1, 205: *tempora vitae* [2]); cf. Ovid. ex Ponto III 2, 29; Iuvenal. XIV 157.

Similia substantiva ac *tempus* sunt: *pondus, vulnus:*
Phars. VI 199 = Theb. XII 742: *pondera saxi*; cf. Ovid. Fast. II 367; Mart. I 88, 3.

---

[1]) cf. Zingerle, Zu spät. Lat. Dichtern, I, pg. 52.
[2]) cf. Bednara, l. c., XIV, pg. 561.

Phars. IX 814: ... *totum* est pro *volnere corpus*
Theb. V 598: ... *totumque* in *vulnere corpus*
Clausulam *volnere corpus* habet Ovid. Met. XII 99.

Saepe hexameter aliquo casu vocabuli *sanguis* cum nomine *campus* vel cum aliis substantivis compositi finitur:
Phars. VII 854 = Silv. V 3, 39; I 2, 97; Theb. X 5; XII 192: *sanguine campos*; cf. Verg. Georg. I 491; 492; Sil. It. XI 552; XIV 130; Coripp. Joh. III 295.

Ad illa vocabula, quae hexametri clausulae facile inseri possunt, etiam referenda sunt nomina quaedam, quorum casus nominativus syllaba — *men* terminatur. Ut exemplo utar, praebeo *lumen, limen, gramen, fulmen, flumen.*
Phars. VI 658: *lumina voltu*
Theb. X 693: *lumina voltus*; cf. Ovid. Met. XIII 455.

Phars. I 154: *lumina flamma*
Theb. X 117: *lumina flammis*; cf. Verg. Aen. VI 300: *lumina flamma*

limen cum nomine *vita* est adhibitum:
Phars. II 106: ... nec *primo* in *limine vitae*
Theb. V 535: ... *prima* ad *limina vitae*; cf. Senec. Herc. Fur. 1133: Quas in *primo limine vitae*
Silv. II 1, 38; IV 2, 13; Theb. V 260; VII 166: *limine vitae*
Similiter Silv. V 2, 86: ... nec *primo in limine* sistit
Similiter: *limine primo*: Silv. V 3, 72; Verg. Aen. VI 427; Claudian. III. Cons. Hon. 10.

Phars. VI 200 = Theb. VIII 56; X 652; XI 339; XII 558: *limine portae*; cf. Verg. Aen. II 242; Sil. It. VII 49; XIII 73; 725; Val. Flacc. I 676; VII 382; Orest. trag. 246; 592.

Phars. V 155 = Theb. I 641: *limina templi*; cf. Ovid. Fast. VI 481.

Phars. IV 412; IX 182 = Silv. V 3, 24: *gramine campum*; cf. Horat. Carm. IV 7, 1; epist. II 3, 162; Ovid. Ars. amat. III 249; Sil. It. VII 289; XIII 660; Avien. III 998; Anth. Lat. 83, 65.

Phars. I 606 = Theb. VIII 76: *fulminis ignes*; cf. Verg. Aen. X 177; Sil. It. XIV 589; Auson. Idyll. VI 18.

Phars. I 222 = Theb. I 575: *fluminis undas*; cf. Verg. Aen. III 389; Sil. It. IX 615; XIII 66; Val. Flacc. V 350; Avien. III 543.

Libenter poëtae in quinto hexametri pede utuntur illis primae declinationis substantivis, quorum casus nominativus ante finalem ă vocalem ĭ habet. Hoc loco enumerandae sunt: *gloria, regia, copia.*

Phars. X 284 = Silv. II 4, 24; Theb. IV 242: *gloria genti*; cf. Verg. Aen. VI 767; Ovid. Met. XII 525.

Phars. I 46 = Theb. XI 218: *regia caeli*; cf. Verg. Aen. VII 210; Ovid. Met. II 298; Sil. It. I 136; Val. Flacc. I 668.

Phars. VI 619 = Theb. IX 491: *copia mortis*; cf. Ovid. Ib. 123.

Compluries in hac hexametri specie inveniuntur haec exempla:

Phars. III 90; 99; 298 = Silv. I 2, 191; IV 4, 14; V 2, 169: *moenia Romae*; cf. Ovid. Met. XI 199; Verg. Aen. I 7; Sil. It. I 389; 608; III 182; 509; XVII 353.

Phars. III 595 = Ach. I 644: *cornua lunae*; cf. Ovid. Met. III 682; Am. II 1, 23.

Phars. III 596; V 560; IX 77 = Ach. I 446: *carbasa venti*; cf. Ovid. Trist. I 2, 91; Sil. It. III 130.

Phars. II 223 = Theb. VIII 323: *ordine belli*; cf. Verg. Aen. VIII 629.

Phars. IX 1008 = Silv. II 1, 104: *murmure voces*; cf. Ovid. Met. XII 49.

Substantivum cum adiectivo coniunctum format quintum et sextum pedem hexametri.

Phars. II 299; III 98 = Theb. VI 81: *ignibus atris*; cf. Verg. Aen. XI 186; Ovid. Fast. II 561.

Phars. III 409 = Theb. I 646: *nubibus atris*; cf. Verg. Aen. X 264.

Phars. V 17 = Theb. III 600: *sanguine prisco*
Similiter Verg. Aen. VII 706:

Ecce Sabinorum *prisco* de *sanguine* magnum

Phars. VII 216 = Theb. II 395: *ordine certo*; cf. Lucret. II 252.

Phars. IV 576 = Silv. V 2, 98: *ardua virtus*; cf. Ovid. Ars amat. II 537.

Phars. X 134 = Silv. V 2, 158: *fortior aetas*; cf. Ovid. Her. I 109.

Phars. II 290: ..., cum *ruat arduus aether*

Theb. IX 30: Illo avidae cum voce *ruunt*, sonat *arduus aether*; cf. Verg. Georg. I 324.

His locis pedes quintum et sextum explet substantivum cum verbo adiuncto:

Phars. II 158 = Theb. II 87: *sanguine fuso*; cf. Verg. Aen. II 532: *sanguine fudit*

Phars. III 472: *corpora pressa*

Theb. XI 542: *corpore pressit*; cf. Ovid. Met. IV 448; Am. I 5, 24.

Phars. I 246 = Ach. I 930: *occupat artus*; cf. Verg. Aen. VII 446; Ovid. Met. III 40; XIV 757; Sil. It. VI 409; Anth. Lat. 8, 18.

Phars. III 25 = Theb. IV 715: *rumpere somnos*

Phars. VII 24: *rumpite somnos*

Similiter Ovid. ex Ponto III 6, 55:

... *somnos* tibi *rumpere* possit

Phars. VII 473: *sanguine tinxit*

Theb. VI 758: *sanguine tingui*; cf. Ovid. Met. X 225; Petron. 124, 294; Sil. It. IV 168.

Phars. VI 565: *oscula figens*

Theb. XII 27: *oscula figunt*; cf. Verg. Aen. II 490; Sil. It. XI 331.

Phars. I 207: *colligit iram*

Phars. II 93: *colligit iras*

Theb. XII 759: *colligit ira*; cf. Lucret. I 723.

b.

Duo substantiva fingunt hexametri finem:

Phars. I 684 = Silv. III 2, 115: *gurgite Nili*

Phars. III 189 = Theb. I 227: *funera Cadmi*

Phars. I 86 = Theb. II 211: *foedera regni*

Phars. I 4: *foedere regni*

Phars. I 405: ... *sub* Herculeo sacratus *numine portus*

Silv. II 2, 24: ... gaudet gemino *sub numine portus*

Phars. III 19: Sufficiunt, lassant *rumpentis stamina Parcas*

Theb. VIII 13: Augure tunc demum *rumpebant stamina Parcae*

Silv. V 1, 169: ... posuissent *stamina Parcae*

Phars. I 208 = Theb. V 538: *verbere caudae*

Phars. III 603 = Theb. VI 340: *gloria matris*

Phars. II 24: *famularum bracchia planctus*
Theb. VI 219: *famularum bracchia planctum*

Phars. III 17: *Tartara poenas*
Theb. I 56: *Tartara poenis*

Phars. IX 691: *orbita solis*
Silv. III 3, 55: *orbita lucis*

Phars. IX 320: ... *niger imbribus auster*
Theb. V 705: ... *niger imbribus auster*

Substantivum cum adiectivo coniunctum claudit versum:

Phars. III 619; 620: .... fraternaque *pectore nudo*
Arma tegens crebra confixus cuspide *perstat*
Theb. XI 418; 419: .... hinc *pectore nudo*
Stant matres
Ach. I 77; 78: .... et *pectore nudo*
Caeruleis *obstabat* equis
Theb. VII 481: *pectore nudo*;
cf. etiam Phars. VII 701: ... *quo pectore* Romam
et Silv. III 2, 82: ... *quo* nunc ego *pectore* somnos

Phars. II 21 = Theb. V 593: *funere primo*

Phars. VIII 72 = Sil. III 5, 24: *vulnere primo*

Phars. III 622 = Theb. IV 72: *volnere multo*

Phars. VI 554 = Theb. V 162: *sanguine vivo*

Phars. II 243 = Silv. I 3, 41; III 2, 48: *turbine nullo*

Phars. VII 760 = Theb. V 488: *impia plebes*

Phars. IV 629 = Theb. IV 454: *arida tellus*

Phars. VIII 392 = Silv. V 2, 46: *barbara tellus*

Phars. VI 702: *viscera saevo*
Theb. V 238: *viscera saevus*

Phars. III 740: *lumina dextram*
Silv. V 1, 196: *lumina dextra*

Phars. VIII 590: *anxia puppe*
Theb. IX 141: *anxia puppis*

Phars. V 483; 782 = Theb. VIII 250: *prospera belli*

Phars. I 182: *utile bellum*
Theb. VII 66: *utile bello*

Hexameter finitur substantivo cum verbo adiuncto:
Phars. VI 225: *aethera*[1]) *pulsat*
Silv. IV 1, 6: *aethera pulset*

Phars. I 261 = Theb. X 390: *lux solverat umbras*
Postea Val. Flacc. III 1; V 606.

Phars. I 350[2]):
Nam neque praeda meis neque regnum *quaeritur armis*:
Phars. V 273: .... finis quis *quaeritur armis?*
Theb. VII 554: .... et saevis pax *quaeritur armis*:

2.

Sequitur, ut de ea hexametri clausulae specie dicamus, in qua pes sextus quidem bisyllabo vocabulo solus expletur, sed ad quintum pedem fingendum nomen complurium syllabarum adhibitum est, quod etiam ad pedem quartum pertinet: **– ⏑ ⏑ –⏓.

Apud Lucanum et Statium haec exempla invenimus:

a.

Phars. VI 611 = Theb. III 242: *origine mundi*; cf. Lucret. V 548; Ovid. Met. I 3.

Phars. X 135: Vix ulla *fuscante* tamen *lanugine malas*
Theb. VII 655: . . . *lanugine malae*; cf. Ovid. Met. IX 398; XIII 753; Sil. It. II 319; VII 691; XVI 468; Mart. II 61, 1.

Hic cum Statius non Lucani sed Ovidii memor fuisse possit, certe Lucanum suum expressit loco Silv. III 4, 65 sq.:
... ne prima *genas lanugo* nitentes
Carperet et pulchrae *fuscaret* gratia formae.

Phars. VIII 314: ... sat *magna feram solacia mortis*[3])
Theb. I 596; IX 664: .... *solacia morti*

Verisimile esse mihi videtur Lucanum imitari Ovidium in Met. V 191:

---

[1]) cf. Neue, Formenlehre der Lat. Sprache, Berlin, 1877, I, pg. 302 et Köne, Über die Sprache der röm. Epiker, Münster, 1840, pg. 108.

[2]) cf. Hosius in editione Lucani, praefat., pg. XXIX.

[3]) cf. hexametri finem apud Ovid. Met. V 73 et Claudian. Bell. Gild. 381: *solacia leti*.

Magna feres tacitas *solacia mortis* ad umbras,
etiamsi verba *solacia mortis* apud Ovidium hexametrum non claudunt.

Phars. II 198 = Theb. I 595; V 693: *occumbere leto*
Postea Sil. It. XIII 380; Val. Flacc. I 633.
Similiter Verg. Aen. II 62; Phars. IV 165: *occumbere morti*
Theb. IX 509: *occumbere ferro*

Phars. X 173: *producere noctem*
Theb. II 74: *educere noctem*
Similiter Verg. Aen. IX 166: ... *noctem* custodia *ducit*; cf. Val. Flacc. I 251; Claud. III. Cons. Hon. 48.

Phars. VII 8: *imagine somnos*
Theb. III 419: *imagine somnus*; cf. Ovid. Met. XIII 216.
Porro similiter legitur in Silv. V 3, 289:
... *somni*que in *imagine* monstra

Phars. II 557 = Theb. II 669: *praecordia sanguis*; cf. Verg. Georg. II 484.

Phars. V 557 = Theb. VIII 37: *discrimina rerum*; cf. Verg. Aen. I 204.

Phars. VI 653: *descenderit umbras*
Silv. III 3, 206; Theb. X 404: *descendit ad umbras*
Silv. V 5, 41: *descendentibus umbris*;
cf. Verg. Aen. VI 404: *descendit ad umbras.*

Phars. VIII 67: *complexibus artus*
Silv. V 1, 194: *amplectitur artus*; cf. Ovid. Her. XII 173: *amplectitur artus*
et Val. Flacc. III 310: *amplexibus artus*

Phars. I 473: *Mevania campis*
Silv. I 4, 128: *Mevania valles*; cf. Prop. IV 1, 123: *Mevania campo*

b.

Phars. VI 42: *indagine claudit*
Silv. II 5, 8: *indagine clausus*

Phars. VII 240 = Theb. II 116: *cupidine regni*

Phars. IV 754 = Theb. VI 470: *sudoribus artus*

Phars. VII 313 = Theb. IV 349: *destringere ferrum*

Phars. I 360 = Theb. II 101: *expromere voces*

Phars. II 315: *invadite ferro*
Theb. II 487: *invadere ferro*

Phars. II 618: *refunderet undas*
Theb. IX 465: *refunditur unda*

Phars. III 195 = Theb. IX 446: *furentibus undis*

Phars. IV 733; VIII 224: *decurrere campis*
Theb. VII 415: *decurrere campo*

Phars. IX 2: *compescuit umbram*
Theb. XI 79: *compescitis umbras*

Phars. V 659 sq.: ... licet ingentes *abruperit actus*
Festinata dies *fatis*
Silv. IV 6, 71: ... magnos *Fatis rumpentibus actus,*

Phars. I 334 sq.: .... ex hoc iam te, improbe, *regno*
Ille tuus saltem doceat *descendere* Sulla
Theb. II 396: *descendere regno*

3.

Deinde si ad eas hexametri clausulae species animum intendimus, in quibus verbum extremum est trisyllabum, maxime huius speciei ratio habenda est: –⏑ ⏑–⏓.

Cuius apud Lucanum et Statium legimus haec exempla:

a.

Phars. IX 32 = Ach. I 34: *mille carinis*; cf. Verg. Aen. II 198; IX 148; Ovid. Met. XII 37; XIII 182; Sen. Troad. 708; Sil. It. XI 589; Anth. Lat. 184, 3.

Phars. VII 609: *ora resolvit*
Theb. IV 839: *ora resolvis*; cf. Verg. Georg. IV 452.
Hoc loco etiam commemorandus est locus Theb. VIII 90:
... *ora resolvere* fas est.

Phars. II 236 = Theb. I 403: *nocte sopora*
Similiter Verg. Aen. VI 390: ... *noctis*que *soporae*

Phars. II 526: *arma parabat*
Ach. I 394: *arma parantur*
Similiter Ovid. Fast. IV 700: *arma parat*

Phars. IV 297 = Theb. XI 463: *luce relicta*
Similiter Verg. Aen. X 855: ... *lucemque relinquo*

Phars. VI 783: *fata pararent*
Theb. V 714: *fata parabas*; cf. Ovid. Met. XIV 213.

Phars. VIII 502: *bella geruntur*
Theb. IV 115: *bella gerantur*
Apud Vergil. Aen. I 48 incipiunt haec verba versum: *Bella gero.*

Phars. IX 611 = Silv. I 3, 70: *fonte relicto*; cf. Verg. Eclog. VI 43.

Phars. X 540: *stragis acervis*
Theb. V 249: *caedis acervum*;
cf. Verg. Aen. VI 504; XI 384: ... *stragis acervos*;
cf. Verg. Aen. X 245; XI 207: ... *caedis acervos*

Phars. II 628: *post terga relictis*
Theb. V 507: *post terga relinquit*; cf. Ovid. Met. II 187; X 670; Fast. IV 281.

Phars. VI 703; IX 838 = Silv. I 4, 123: *fila sorores*[1])
Theb. I 632: *fila sororum*; cf. Ovid. Am. I 3, 17; Sil. It. III 96; XVII 361.

Phars. II 490 = Theb. XI 572: *nec plura locutus*
Phars. IV 544: *nec plura locuto*; cf. Verg. Aen. VII 599; XI 461.

b.

Phars. II 14 sq.: .... sit *caeca futuri*
Mens hominum fati:
Theb. V 718 sq.: .... et *caeca futuri*
Mens hominum

De his locis R. Helm[2]) dicit: „origo autem illius sententiae nescio an cognoscatur in Vergilianis verbis, quibus Pallantis morte exposita miseretur poëta (Verg. Aen. X 501):
Nescia mens hominum fati sortisque *futurae.*“

Certe autem Statius non Vergilio, sed Lucano exemplo usus est.

Phars. I 681 = Theb. V 720: *tela manusque*

Phars. II 329: *iuncta mariti*[3])
Silv. I 2, 189: *iuncta marito*

---

[1]) cf. Zingerle, Zu spät. Lat. Dichtern, II, pg. 19 sq.
[2]) de P. Pap. Statii Thebaide, Berlin, 1892, pg. 152.
[3]) saepe in titulis: cf. Hosius, Rhein. Mus., L, p. 287, adn. 2.

Phars. IX 3 sq.: Prosiluit busto semustaque *membra relinquens*
Degeneremque *rogum* sequitur convexa Tonantis
Theb. X 7: Funeraque orba *rogis* neglectaque *membra relincunt*

Etiamsi verba *membra relinquunt* finiunt hexametrum apud Ovidium in Trist. I 3, 73, tamen hoc loco Lucanum esse Statii auctorem puto.

Similiter res se habet in pugilum descriptione, ubi hexametri clausula *mole ruinae* iam apparet apud Ovid. Trist. V 12, 13:

Phars. II 187 sq.: . . . . sic *mole ruinae*
Fracta sub *ingenti* miscentur pondere membra
Theb. VI 878—880: . . . . venit arduus ille
Desuper *oppressumque ingentis mole ruinae*
Condidit . . .

Ingenti mole eodem versus loco apparet apud Verg. Aen. V 223:

Inde Gyan ipsamque *ingenti mole* Chimaeram

Phars. VI 719 = Silv II 6, 75: *ora*[1]) *levavit*

Phars. VII 126 = Theb. III 29: *arte relicta*

Phars. VII 294 = Theb. V 255: *in caede natantes*

Phars. VII 339: *corde gelato*
Theb. II 544: *corda gelari*

Postea Claudian. in Ruf. II 131: *ore gelato*[2])

Phars. VIII 494 = Silv. I 2, 137: *summa potestas*

Phars. VIII 867 = Silv. IV 1, 28: *longa vetustas*

Phars. IX 812 = Theb. X 320: *ora redundant*

4.

Restat, ut eam speciem hexametri clausulae afferam, in qua verbum extremum, quod est trisyllabum, nomen trisyllabum sequitur: – – ⏑ ⏑ – ⏓.

Exempla sunt haec:

a.

Phars. I 600: Et lotam parvo revocant *Almone Cybeben*
Silv. V 1, 222 sq.:

---

[1]) cf. Bednara, Archiv für Lat. Lexikographie, XIV, pg. 560.
[2]) cf. Gramlewicz, Quaest. Claudianeae, diss., Breslau, 1877, pg. 27.

Est locus ante urbem, *qua* primum nascitur ingens
Appia quaque Italo gemitus *Almone Cybebe*;

cf. Ovid. Fast. IV 337 sqq.:

Est locus in Tiberim *qua* lubricus influit *Almo* etc.

Hoc loco Statius et Ovidii et Lucani memor fuisse videtur. Haec versus clausula *Almone Cybeben* postea invenitur apud Sil. It. VIII 363.

Phars. III 630 = Theb. IX 279: *descendit in undas*
Theb. V 402: *descendere in undas*; cf. Verg. Georg. IV 235.

Phars. VI 4 = Theb. XII 717: *Martemque secundum*
Similiter Ovid. Met. XIII 359: *Marte secundi*

Phars. VIII 292 = Theb. III 76: *noctesque diesque*; cf. Horat. Sat. I 1, 76.

Phars. V 154 = Theb. VIII 389: *horrore comarum*
Similiter Verg. Aen. IV 280; XII 868:

Arrectaeque *horrore comae,*

Phars. I 576 = Theb III 184: *Junonis iniquae*; cf. Verg. Aen. VIII 292.

Phars. V 82: *telluris hiatus*
Theb. I 184: *telluris hiatu*; cf. Ovid. Heroid. III 63; Sil. It. IX 540.

b.

Phars. IV 187 = Silv. V 3, 195: *civilis Erinys*
Postea apud Mart. VI 32, 1: *civilis Enyo.*

Phars. V 413 = Theb. III 308: *caelumque fretumque*[1])

Phars. IV 245 = Silv. V 1, 125: *mensasque torosque*

Phars. V 232: *saxosa Carystos*
Theb. VII 370: *saxosa Caryste*
Simile aliquid apud Senec. Troad. 836:

An ferax varii *lapidis Carystos?*

Phars. X 472: *pacisque sequester*
Theb. VII 542: *pacisque sequestra*

---

[1]) cf. O. Müller, P. Pap. Stati Thebais et Achilleis cum scholiis, Leipzig, 1870, I, pg. 107.

Phars. II 112; 172; IX 214 = Theb. X 516[1]): *cervice recisa*; Postea Sil. It. XI 478.

Phars. I 72 = Theb. VIII 31: *conpage soluta*; cf. Persius III 58 (ed. Jahn); Claud. Pros. I 115.

Phars. IV 363: *voltuque serenus*
Theb. VIII 242: *vultuque sereno*

Phars. II 604: *cervice recepta*
Theb. II 326: *cervixque recepto*

Phars. III 305: *hostemque propinquum*
Theb. VII 129: *hostesque propinquos*

Phars. IX 169 sq.: .... nulli cognitus aevo
Luctus erat, mortem *populos deflere potentis*
Silv. I 4, 40: Lumina et ignarae *plebis lugere potentes*[2])

Phars. V 711: *bruma pellente relinquunt*
Theb. VIII 617: *bruma pulsante relictum*

Phars. VII 28: *noctemque beatam*
Silv. II 1, 231: *noctesque beatas*

Phars. IX 445 = Theb. VIII 268: *secura iuventus*

Puto huic parti adiungendam esse hanc similitudinem:
Phars. VI 398: ... primus chalybem[3]) *frenosque*[4]) *momordit*
Silv. I 2, 28: *frena*[4]) *momordit*

5.

Commemorandae denique sunt nonnullae hexametri clausulae congruentes, quae finibus supra positis coartari non potuerunt.

a.

Phars. II 233 = Theb. VI 765: *metuensque futuri*; cf. Hor. Sat. II 2, 110.

---

[1]) Hoc loco contra codicem P, qui cervice remissa habet, ponendum esse cervice recisa et ceteri codices et verba Lucani demonstrare videntur.

[2]) cf. Hosius, de imitatione scriptorum Romanorum imprimis Lucani, Festschr. d. Univ. Greifswald, 1907, pg. 5: „Sic Statii locus Vollmero non expeditus Silv. I 4, 40 lucem accipit ex exemplari Lucani IX 169."

[3]) cf. Köne, l. c., pg. 89.

[4]) neutrum cum masculino permiscetur; usitatior est forma *frena;* de his nominibus abundantibus disseruit Bednara, l. c., XIV, pg. 344: „In nominibus, quorum duae exstant flexiones, si alterius declinationis formae incommodae sunt, ad alteram refugiunt epici."

b.

Phars. V 317: *meruitque timeri*
Theb. VII 555: *meruere timeri*

Phars. VII 358 sq.: Si Curios his fata darent *reducesque Camillos*
Temporibus *Decios*que
Silv. V 2, 53: .... aliis *Decii reducesque Camilli*

III.

In prima et secunda parte huius opusculi versuum initiis et finibus tractatis in tertia parte explanabo **etiam alios hexametri locos esse, qui Lucano et Statio communes sunt.**

1.

Quorum primi ii enumerandi sunt, qui inter caesuram semiternariam et caesuram semiseptenariam iisdem verbis concipiuntur.

a.

Phars. I 524: Peioris *manifesta fides*
Theb. VI 638: Auditum *manifesta fides*; cf. Verg. Aen. II 309.

Phars. II 701: Italiam. vix *fata sinunt*;
Theb. X 216: Non pigeat, dum *fata sinunt*?
Similiter Ovid. Met. V 534: Non ita *fata sinunt*,

Phars. V 601: Occurrit *gelidus boreas*
Theb. I 193: Qualiter hinc *gelidus Boreas*; cf. Ovid. Trist. I 2, 29.

b.

Phars. I 535: Percussit *Latiale caput*
Silv. I 2, 192: Imperii *Latiale caput*

Phars VII 701: Et soceri *miserere tui*
Theb. I 281: Et generis *miseresce tui*

Phars. II 605: Excussi *placuere tori*
Theb. II 326: Cum profugo *placuere tori*

Phars. IV 812: A quibus omne *aevi senium*
Theb. I 268: Percensere *aevi senium*

Phars. VI 133: Debuerant quo *stare loco*
Theb. VIII 529: Ille tamen nec *stare loco*

Phars. IV 239: Atque hominem *didicere pati*
Theb. XI 551; Membra vides *disce* arma *pati*

Phars. IV 269: Auxilium *mactavit equos*
Theb. XII 70: Bellorum *mactabat equos*

Phars. I 432: Stridentes *acuere tubae*;
Theb. VIII 345: Incutiens *acuitque tubas*

Phars. VIII 216: Medorum *penetrare domos*
Theb. XII 199: Causa fui *penetrare domos*

2.

Nunc eos versus annotabo, in quibus nomen, quod praecedit caesuram semiquinariam, et hexametri clausula consentiunt.

Eius generis apud Lucanum et Statium haec exempla inveni:

a.

Phars. I 424: Optimus *excusso* Leucus Rhenusque *lacerto*
Phars. III 567: Iam non *excussis* torquentur tela *lacertis*
Theb. X 745: Nunc iaculum *excusso* rotat in sublime *lacerto*; cf. Ovid. Her. IV 43; ex Ponto II 9, 57; similiter Seneca, Benef. II 6.

Phars. IV 1: At procul *extremis* terrarum Caesar *in oris*
Theb. VII 814: Cuspis et *extremas* gravius mare torsit *in oras*; cf. Verg. Georg. II 171.

Phars. I 229 sq.: Inpiger; it *torto Balearis verbere fundae*
Ocior et missa Parthi post terga *sagitta*
Theb. VII 338 sq.: Glandibus et *torta* zephyros incidere *funda*
Cura: Cydoneas anteibunt gaesa *sagittas.*

Ut Statius Lucanum, ita Lucanus Vergilii secutus est versum Georg. I 309:

Stuppea *torquentem Balearis verbere fundae*:

Phars. IV 710 sq.: .... sic fatus *opertis*
Instruxit *campis* acies;
Theb. IX 742 sq.: .... effusus *apertos*
Liber amat *campos*; cf. Verg. Georg. II 280.

Phars. VII 141: Erigitur, *tendunt* nervis melioribus *arcus*
Silv. III 1, 51: Alcides *tenso*que modos imitabitur *arcu*
Similiter Ovid. Met. V 55:
Figere doctus erat, sed *tendere* doctior *arcus.*

Phars. VIII 161: Potus erat: *vigiles* Pompei pectore *curae*
Silv. I 4, 55: Imperium *vigiles*que suo pro Caesare *curae*;
cf. Ovid. Met. III 396.

Phars. VIII 234: Assyriae *iustas* Latii conpescuit *iras*?
Theb. VII 538: Non vetat; hic *iustae* Tydeus memor occupat *irae*
Item in Theb. XII 714 et in Ach. II 48; cf. Verg. Aen. X 714.

Phars. III 321: Adde, quod *innumerae* concurrunt undique *gentes*
Theb. XII 506: Iam tunc *innumerae* norant altaria *gentes*
Similiter Ovid. Trist. V 10, 15:
Innumerae circa *gentes* fera bella minantur,

b.

Phars. I 500: Fractaque *veliferi* sonuerunt pondera *mali*
Silv. V 1, 244: Lataque *veliferi* porrexit bracchia *mali*
Postea Val. Flacc. I 126.

Phars. III 70: Effusis *magnum* Libye tulit imbribus *annum*
Theb. IV 710: Donet agris *magnum*que inducat messibus *annum*
Similiter Theb. IX 406: ... et Tyrios *melior* venit *annus* in agros

Phars. I 101: Qui secat *et geminum* gracilis mare separat *Isthmos*
Theb. I 120: In latus *et geminis* vix fluctibus obstitit *Isthmos*

Phars. III 606: Agnorunt *miseri* sublato errore *parentes*
Theb. IX 295: Solus abi, *miseros* non decepture *parentes*
Simile aliquid apud Ovid. Met. XIV 744:
Membra sui, postquam *miserorum* verba *parentum*

Phars. II 308: Devotum *hostiles* Decium pressere *catervae*
Phars. VII 337: Vidit ut *hostiles* in rectum exire *catervas*
Theb. V 682: Rebar et *hostiles* huc advenisse *catervas*

Phars. II 409: Eridanus[1]) *fractas* devolvit in aequora *silvas*
Theb. II 248: Ture deos, *fractis*que obtendunt limina *silvis*

---

[1]) Eridanum similiter descriptum legimus in Vergilii Georg. I 481—483 et Georg. IV 372—373 et Aen. VI 659, unde Lucanum Eridani descriptionem sumpsisse putat Chistoni, De Vergilio Lucani in descriptionibus auctore, Riv. di storia ant. 3 fasc. 1 (1898), pg. 31.

Phars. VII 136: Aetheraque in *terras* deiecto sole *cadentem*
Theb. XI 3: Fulmen, et ad *terras* longe comitata *cadentem*

Phars. VIII 149: Plangitur, *infestae* tenduntur in aethera *dextrae*
Theb. VII 548: Scilicet *infestae* cum te circum undique *dextrae*

Phars. VIII 669: Ac retegit *sacros* scisso velamine *voltus*
Silv. IV 2, 54: Aethiopum *sacro* diffusus nectare *vultus*

Phars. VI 354: Lampados *Herculeis* fortis Meliboea *pharetris*
Theb. X 261: Arcus et *Herculeae* iuvissent bella *sagittae*?

3.

Progrediamur ad eos versus, in quibus secundae dimidiae partes inde a caesura semiquinaria consentiunt excepto nomine hexametrum claudente.

a.

Phars. III 711: *cava tempora* plumbo
Theb. I 418: *cava tempora* circum
Theb. VI 793: *cava tempora* mortes; cf. Ovid. Met. XII 133.

Phars. IV 41: *firmat vestigia* pilo
Theb. II 11: *firmat vestigia* virga
Similiter Verg. Aen. III 659:
Trunca manu pinus regit et *vestigia firmat*; cf. Claudian.[1])
Rapt. Pros. I 19: ... *firmat vestigia* thyrsus.

Phars. III 537: *petit aequora* remis
Theb. VI 847: *petit aequor* uterque; cf. Verg. Aen. XII 742.

Phars. IV 303: *multo sudore* iuventus
Theb. VIII 637: *multo sudore receptus*
Similiter Verg. Aen. IX 458:
Messapi et *multo* phaleras *sudore receptas*.
Hoc loco Statium usum esse versibus et Vergilii et Lucani puto.

Phars. VII 715: *promittunt munera* flentes
Ach. I 959: *promittit munera* gazae; cf. Verg. Aen. V 282.

Phars. VIII 375: *perfusus sanguine* membra
Silv. III 1, 35: *perfusum sanguine* robur
Silv. IV 6, 78: *perfusum sanguine* gentis; cf. Verg. Aen. XI 88.

[1]) cf. Gramlewicz, l. c., pg. 14.

Phars. IX 964: *nomen memorabile* Troiae
Silv. I 1, 67: *nomen memorabile* servant; cf. Ovid. Met. VI 12.

Phars. II 574: *patriis e sedibus* urbem
Theb. IV 76: *patria de sede* volentes
Theb. XII 507: *patriaque a sede fugati*;
cf. Ovid. ex Ponto IV 14, 59: ... *patria* quae *sede fugatis*

b.

Phars. IX 994: *pignus memorabile* templo
Silv. II 3, 43: *pignus memorabile* voti

Phars. IV 488: *bellorum nube* cadendum est
Silv. V 1, 132: *bellorum nube* videret

Phars. I 154: *praestringens lumina* flamma
Theb. V 666: *praestringunt lumine*; at inde

Phars. I 8: *Quis furor*, o cives, *quae tanta licentia* ferri
Theb. II 212 sq.: .... *quae tanta licentia* monstro
Quis furor est?

Versus initium *Quis furor* etsi iam apud Vergilium Aen. V 670 apparet, tamen verba *tanta licentia* nisi postea apud Silium I 385 aliosque hoc hexametri loco non leguntur; itaque hoc loco Statii exemplar fuisse Lucanum existimo.

Phars. VI 466: *praeducunt nubila* Phoebo
Silv. V 3, 13: *praeduxit nubila menti*[1])

Phars. III 601: *suspensa* per *ilia* ferrum
Theb. VI 473: *suspendunt ilia* flatus

Phars. I 55: *obliquo sidere* Romam
Theb. I 159: *obliquo sidere* tangit

Phars. II 287: *virtus secura* sequetur
Theb. XII 727: *virtus secura* residit

Phars. II 471: *ducentia signa* cohortes
Ach. I 603: *ducentem signa* catervae

Phars. II 713: *civili sanguine* Nereus
Theb. VI 737: *civili sanguine* virtus

Verba *sanguine civili* incipiunt hexametrum apud Lucret. III 70.

---

[1]) Ad hanc clausulam confer Ovid. Met. I 357:
... terrent etiamnum *nubila mentem*.

Phars. III 660: *perfosso pectore* corpus
Theb. III 654: *perfossum pectus* et arma

Phars. IV 174: Ense suos; mox ut *stimulis maioribus ardens*
Theb. XI 497: Tunc vero *accensae stimulis maioribus* irae

Phars. VI 314: *possessam numine* sedem
Theb. X 676: *possessus numine* pectus

Phars. IX 457: *resoluto vertice* pendet
Theb. IX 700: *resoluto vertice* nudus
Theb. I 90: *resoluta*que *vertice* crines

Phars. IX 817: *subita caligine* mortem
Theb. X 146: *subita caligine* sensit

Phars. II 401: *frangentes aequora* Pisae
Theb. IX 92: *fracta aequora* cedunt

Subiungere liceat:
Phars. III 269: *gens aspera* freno
Theb. IX 610: *gens aspera* ritu

Phars. V 469: *spes inrita* mundi
Theb. X 45: *spes inrita* fauces

4.

Accedamus ad eos versus, in quibus secundae dimidiae partes inde a caesura semiquinaria pares sunt excepto nomine versus paenultimo.

Huius speciei Lucanus et Statius haec exempla praebent:

a.

Phars. VIII 869: *veniet* felicior *aetas*
Theb. VII 220: *veniet* suspectior *aetas*
Theb. IV 253: *veniet* modo fortior *aetas*
Silv. I 2, 165: *veniet* iam tristior *aetas*
Similiter Ovid. Her. I 109:
Telemacho *veniet*, vivat modo fortior *aetas*:

Phars. I 28: *multos* inarata per *annos*
Silv. II 1, 109: *multum*que reliquerat *annos*; cf. Verg. Georg. II 208.

Phars. I 303: *bellorum* Roma *tumultu*
Theb. I 280: *belli* deflecte *tumultus*
Similiter Lucret. III 834:
Omnia cum *belli* trepido concussa *tumultu*

Phars. II 441: *vacuos*que inrumpat in *agros*,
Phars. IX 162: *vacuos* cultoribus *agros*
Theb. VI 190: *vacuosque* interrogat *agros*
Similiter Verg. Georg. II 54:
Hoc faciat, *vacuos* si sit digesta per *agros*
et Ovid. Met. VII 653: Partior et *vacuos* priscis cultoribus *agros*

Phars. III 702: *summas* remeabat in *undas*
Silv. III 2, 47: *summas*que supernatat *undas*; cf. Ovid. Fast. II 407.

Phars. IV 13: *placidis* praelabitur *undis*
Ach. I 57: *placidis* ipse arduus *undis*
Similiter Ovid. Met. XIII 898:
Discedunt *placidis*que natant Nereides *undis*

Phars. V 324: *rebus* lassata *secundis*
Theb. I 691: *rebus* mereare *secundis*; cf. Verg. Aen. I 207.

b.

Phars. I 641: *numerisque* moventibus *astra*
Tbeb. IV 411: *numerisque* sequentibus *astra*

Phars. VI 368: *famulantis* pascua *Phoebi*
Silv. III 3, 58: *famulantis* fistula *Phoebi*

Phars. V 280: *clausuram* quaerere *dextram*
Theb. II 643: *clauserunt* lumina *dextra*

Phars. II 609: *concessit* Magnus *in arces*
Silv. III 3, 163: *concedere* iussus *in arces*

Phars. III 697: *animam* servare *sub undis*
Theb. IX 238: *animae* valuere *sub undis*

Phars. II 222: *medio* sibi tollere *campo*
Theb. IX 806: *medio* Latonia *campo*

Phars. II 326: Interea Phoebo *gelidas pellente tenebras*
Theb. II 135: *Impulerat* caelo *gelidas* Aurora *tenebras*

Phars. V 60: *pressos* diademate *crinis*
Theb. V 235: *premit* in nova volnera *crinis*
Similiter Silv. I 2, 228: ... Minoa *crinem premit* ille corona

Phars. V 228: *belli* sentire *fragorem*
Theb. VII 797: *belli*que hunc esse *fragorem*

Phars. VIII 73: *titulis* insignis *avorum*

Silv. V 2, 22: *titulis* generosus *avitis*

Phars. I 529[1]): *mutantem* regna *cometen*
Theb. I 708: quae *mutent* sceptra *cometae*

5.

In hac denique parte tales versuum similitudines adnotabo, quae generibus adhuc tractatis inseri non potuerunt.

Agmen ducant ea exempla, in quibus primum et ultimum hexametri nomen consentiunt.

a.

Phars. VI 239: *Fulmineum* mediis excepit faucibus *ensem*
Theb. X 271 sq.: . . . . et exuit *ensem*
Fulmineum;
cf. Verg. Aen. IV 579 sq.; IX 441 sq.

Phars. I 132 sq.: . . . . totus popularibus *auris*
Inpelli,
Theb. V 554 sq.: . . . . Argolicas ululatus flebilis *aures*
Impulit
Similiter Verg. Georg. IV 349; Aen. XII 618: . . . *impulit aures*.

b.

Phars. I 255: *Vidimus*, et Martem Libyes, cursumque *furoris*
Theb. XI 122: *Vidimus* armiferos, quo fas erat, usque, *furores*

Phars. III 499 sq.: . . . . *audaxque iuventus*
Erupit
Theb. X 495 sq.: . . . . *audax* animis Spartana *iuventus*
Inrupit

Finem faciant hi loci:

a.

Phars. I 620: Plurimus *asperso* variabat *sanguine* livor
Theb. II 717: Cassis et *asperso* crudescit *sanguine* Gorgon
Similiter Ovid. Met. V 40:
Calcitrat et positas *aspergit sanguine* mensas

---

[1]) Ad hunc locum confer A. Gercke, Seneca-Studien, Fleckeis. Jahrb., Suppl.-Bd. 22, pg. 109, qui negat Lucanum (I 527 sqq.) respicere ad Senecae Nat. Quaest. VI 3, 3 et VII 20, 3.

Phars. V 760: Cepit, et *attonito* cesserunt *pectore* sensus
Silv. V 1, 29: Tantus in *attonito* regnabat *pectore* luctus
Similiter Ovid. Ars amat. III 714:
Procri? quis *attoniti pectoris* ardor erat?

b.

Phars. II 204: Procumbunt *dubia*que labant *cervice*; sed illos
Theb. I 99: Horruit et *dubia* caelum *cervice* remisit

Phars. IV 536: *Excussere* viris *mentes* ad summa paratas
Theb. III 92: *Excussae* procerum *mentes* turbataque mussant

Phars. I 180: *Annua* venali referens *certamina* campo;
Silv. III 1, 45: *Annua* veloci pergunt *certamina* lustro.

IV.

Postquam in antecedentibus huius opusculi partibus demonstrare conatus sum, quam multa Statius ex initiis vel clausulis vel aliis partibus hexametri Lucani hauserit, sequentibus partibus exponam, **quantum hi poëtae praeterea consentiant. Saepe enim complura verba, quorum in versu loca apud utrumque auctorem eadem non sunt, inter se congruunt.** Statius enim non modo versus vel versuum partes Lucani repetivit, sed saepe in iisdem rebus describendis vel fabulis narrandis usus est iisdem verbis. Itaque nunc, ut erat propositum, quam rationem his in rebus secutus sit, exemplis quam plurimis demonstrabimus.

1.

Harum sententiarum primo loco eae commemorandae sunt, quae ad deos et heroes spectant.

De Iove:

Phars. IV 110: Sic, o *summe parens mundi*,
Silv. IV 1, 17: Salve, *magne parens mundi*,

Phars. VII 197: Seu tonitrus ac *tela Iovis* praesaga notavit
Theb. V 583 sq.: Ipse etiam e summa iam *tela* poposcerat aethra
Iuppiter,

De Luna:

Phars. II 577: Ante *bis* exactum quam *Cynthia* conderet *orbem*
Theb. I 576 sq.: *Bis* quinos plena cum fronte resumeret *orbes*
Cynthia,

De Phoebo:
Phars. V 456: *Laesum* nube dies *iubar* extulit
Theb. VII 45: *Laeditur* adversum Phoebi *iubar*,

De Silvanis et Diana nemorum potentibus:
Phars. III 402 sq.:
Hunc non ruricolae Panes *nemorumque potentes*
Silvani Nymphaeque tenent
Theb. IV 753; VI 633: Diva *potens nemorum*
Theb. IX 608: Virgo *potens nemorum*

De Aeolo ventorum domino:
Phars. V 609: *Aeolii* iacuisse *notum* sub *carcere* saxi
Silv. III 2, 42: ... *Aeolio* frangit qui *carcere ventos*
Theb. III 432: Qualis ubi *Aeolio* dimissos *carcere ventos*;
cf. Verg. Aen. I 52 sqq.; Ovid. Met. IV 662; Fast. II 456; Iuv. X 181.

De Fortuna:
Phars. IV 390: Ut numquam *fortuna* labet successibus *anceps*
Theb. VI 474: Hic *anceps Fortuna* diu decernere primum
Simile aliquid legitur apud Verg. Aen. IV 603.

De Fato:
Phars. VII 31: ... quo *fati certus* uterque
Silv. III 3, 175: Nec *fati* iam *certus* olor ...
Silv. V 3, 80: Non ego, quas *fati certus* sibi morte canora;
cf. Ovid. Trist. I 3, 20.

Phars. VI 590: O decus Haemonidum, populis quae *pandere fata*
Theb. X 162: *Pandere fata* iubet ...

Parcae et Furiae apud Lucanum et Statium nominantur Stygiae sorores:
Phars. IX 838: Et tibi dant *Stygiae* ius in sua fila *sorores*
Theb. X 833: Arma Iovem contra *Stygiae* rapuere *sorores*
Theb. XI 415: Abstitit, inque vicem *Stygiae* rubuere *sorores*
Postea Claud. Eutr. II 31.

De Fama:
Phars. III 215: Et felix, *scit*[1]) *fama,* Ninos, ...
Theb. II 108: ... iamque ille novis — *scit Fama* — superbit

[1]) Statii versus (Theb. II 108) me adducit, ne in Phars. III 215 codicem Z_1, ubi legitur: sic fama, sed ceteros codices sequar et scribam: scit fama.

De Aurora:
Phars. IV 734: Ipse sub *aurorae primos* excedere *motus*
Silv. I 6, 9: Vix *Aurora novos movebat* ortus; cf. Verg. Aen. III 589.

De Bellona:
Phars. VII 568: *Sanguineum* veluti quatiens *Bellona flagellum*
Theb. VII 73; IX 297: *Sanguinea Bellona* manu
Lucanus videtur secutus esse Vergilium Aen. VIII 703:
Quam cum *sanguineo* sequitur *Bellona flagello*

De Penatibus:
Phars. I 353: ... pietas *patrii*que *penates*
Silv. IV 8, 54: Hos cum plebe sua *patrii* servate *penates*; cf. Verg. Aen. V 62 sq. et Horat. Sat. II 5, 4.

Phars. V 537: Angustos opibus subitis *inplere penates*
Silv. IV 2, 25 sq.: .... ille *penates*
Implet
Silv. V 2, 171: ... atque tuos *implet*, Crispine, *penates*?

De Arcto:
Phars. I 252: .... *gelida*que sub *arcto*
Theb. VI 422: ... *gelida* non crebrior exilit *Arcto*; cf. Ovid. Met. IV 624.

De Hercule:
Phars. I 405: Quaque sub *Herculeo* sacratus *numine* portus
Theb. XII 498: *Numinis Herculeos* sedem fundasse nepotes

De certamine Herculis et Antaei, Telluris filii:
Phars. IV 615: Ille parum fidens *pedibus contingere matrem*
Theb. VI 896: Nec licet extrema *matrem contingere planta*
Postea Coripp. Ioh. VI 210—217.

De Centauris:
Phars. VI 386: Illic *semiferos* Ixionidas *Centauros*
Theb. IX 220: *Semifer* aeria talis *Centaurus* ab Ossa

De Cyclopibus, Vulcani ministris:
Phars. VII 150: Pallenaea Iovi *mutavit fulmina* cyclops
Theb. II 599 sq.: ... at hinc lasso *mutata* Pyragmone temnens
Fulmina

De Iano:
Phars. I 62: Ferrea *belligeri* conpescat limina *Iani*
Silv. II 3, 12: Iamque et *belligerum Iani* nemus atraque Caci

De Baccho:

Phars. I 674 sq.: . . . . nam qualis *vertice* Pindi
Edonis *Ogygio decurrit* plena Lyaeo,

Theb. IV 379 sq.: Silvestris regina chori *decurrit* in aequum
Vertice ab *Ogygio*

Similiter Ovid. Her. X 48 et Sen. Oed. 432 sqq.

2.

Deinde annotabo eas sententias, quae ad naturam et animatam et inanimatam pertinent.

Describuntur et terrae et oppida et insulae et montes:

De Asia provincia:

Phars. IX 1002 sq.: . . . . *Asiam*que[1]) *potentem*

Silv. V 2, 56 sq.: . . . . quantusque *potentis*
Mille urbes *Asiae* sortito rexerit anno

De Thessalia:

Phars. VII 302: *Thessalicae* tantum, superi, permittitis *orae*?

Silv. V 3, 272: . . . . sic *Thessalicis* Admetus in *oris*

Theb. VI 332: . . . . *Thesalicis* felix Admetus ab *oris*

Phars. VI 441 sq.: . . . . et *terris* hospita Colchis
Legit in *Haemoniis*

Ach. I 98: Tristis ad *Haemonias* detorquet bracchia *terras*

Uterque poëta tangit casum Thamyris:

Phars. VI 352 sq.: . . . . et *Doricon* ira
Flebile Pieridum

Theb. IV 180–186[2]):

Quos Thryon et summis ingestum montibus Aepy,
Quos Helos et Pteleon, Getico quos *flebile* vati
Dorion; hic fretus doctas anteire canendo

---

[1]) cf. Ovid. Met. XIII 483; Sen. Ag. 785; Manil. IV 680; 753; Claudian. in Eutr. II 578.

[2]) Ad hunc locum O. Müller, l. c., pg. 141 dicit: „»quos . . . Aepy« Priscian. inst. VI 1, 2 (I 195, 17 ed. Hertz) et VII 1, 1 (I 283, 13 ed. Hertz). cf. Homer. Il. B 591 sqq.:

οἳ δὲ Πύλον τ᾽ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν
καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ ἐΰκτιτον Αἰπὺ
καὶ Κυπαρισσήεντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον
καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι

Aonidas mutos *Thamyris* damnatus in annos
Ore simul citharaque — quis obvia numina temnat? —
Conticuit praeceps, qui non certamina Phoebi
Nosset et inlustres Satyro pendente Celaenas.

De Libya aestuosa:

Phars. I 206: *Aestiferae Libyes*
Silv. V 2, 134: ... an *aestiferis Libyae* sudabis in arvis?

De Anxure, oppido Volscorum, in colle sito:

Phars. III 84: ... *praecipitis* superaverat *Anxuris arces*
Silv. I 3, 86 sq.: ... *arcesque superbae*
Anxyris

De Alba:

Phars. IX 991—993:
... quos nunc Lavinia sedes
Servat et *Alba, lares,* et quorum lucet in arvis
Ignis adhuc *Phrygius*
Silv. IV 5, 2: Qua prisca *Teucros Alba colit lares,*

Origo generis imperatorum Romanorum refertur, cuius auctorem fuisse illum „pium Aeneam" constat.

De Roma:

Phars. I 195 sq.: ... o magnae qui *moenia prospicis urbis*
Tarpeia de rupe, Tonans,
Silv. V 2, 169 sq.: Unde suae iuxta *prospectat moenia Romae*
Proximus ille deus,

Ut Lucanus Iovem Capitolinum invocat, ita Statius Domitianum implorat quasi deum, qui etiam absens ex Alba in Romam suam prospiciat.

De Neside insula, quae prope Neapolim sita flammas evomuit:

Phars. VI 90 sq.: . . . . tali *spiramine Nesis*
Emittit *Stygium* nebulosis *aera* saxis,
Silv. II 2, 77 sq.: . . . . inde *malignum*
Aera respirat pelago circumflua *Nesis* [1])

ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς . . .
αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν."

Item R. Helm, l. c., pg. 18 hunc Statii locum ad Homerum rettulit.

[1]) ad hunc locum vide A. Klotz, Curae Statianae, diss., Leipzig, 1896, pg. 32.

De Aetna:

Phars. I 545: Ora ferox *Siculae* laxavit Mulciber *Aetnae*
Ach. I 824: ... qualis *Siculae* sub rupibus *Aetnae*

Deinde dicamus de fluviis, silva, terra, ventis, sideribus, die nocteque.

De fluviis marique:

Phars. V 566: *Aestuat unda* minax ...
Silv. V 2, 114: Qua Tyrrhena vadis Laurentibus *aestuat unda*; cf. Horat. Carm. II 6, 4.

Statius auctoris versu Adonio saepius ad fingendam hexametri clausulam utitur [1]).

Phars. VI 348 sq.: .... *subitaeque ruinam*
Sensit aquae Nereus,
Theb. V 80: Fractorum *subitas* torrentum audire *ruinas*

De eluvionibus aquarum:

Phars. IV 118—120:
Riphaeas hic solve nives, hic *stagna lacusque*
Et *pigras*, ubicumque iacent *effunde paludes* [2])
Et miseras bellis civilibus eripe *terras*
Theb. IX 451—453:
.... ipse cavae scrutatur viscera *terrae*
*Stagna*que torpentisque *lacus pigras*que *paludes*
Excutit,

De silva:

Phars. IV 128: *Tollere silva comas*
Silv. V 2, 70: *Silva comas tollit*
Phars. II 410 sq. [3]): .... hunc fabula primum
Populea fluvium ripas umbrasse *corona*
Silv. III 1, 185: *Populea*que movens albentia tempora *silva*

Phars. VI 644 sq.: Urguet *silva* comis et nullo vertice caelum
Suspiciens *Phoebo non pervia* taxus opacat.
Theb. IV 419—421 [4]):
Silva capax aevi validaque incurva senecta,

[1]) cf. Luehr, l. c., pg. 16.

[2]) Verba *pigrae paludi* inveniuntur apud Ovid. ex Ponto IV 10, 61.

[3]) Hos duos locos rettulit ad Horat. Carm. I 7, 23 C. Ganzenmüller, Beiträge zur Ciris, Fleckeisens Jahrb. Suppl.-Bd. 20 (1894), pg. 649.

[4]) De hoc loco scripsit Eissfeldt, Zu den Vorbildern des Statius, Philologus, N. F. XVII (1904), pg. 392: „Von dem Walde, in dem die Opfer

Aeternum intonsae frontis, stat *pervia nullis*
Solibus;
Postea Carm. Epigr. 254, 13.

De terra:
Phars. VI 572 sq.: . . . . *deserta per arva*
Carpit iter
Theb. XII 143 sq.: . . . timido *secreta per avia* furto
Debile *carpit iter*
carpit iter invenitur apud Ovid. Met. X 709; Anth. Lat. 261.

Phars. VII 721 sq.: . . . . tu Casear in alto
Caedis adhuc cumulo *patriae per viscera vadis*
Theb. VIII 109 sq.: . . . . dum *per* cava *viscera terrae*
Vado

Lucanus meminisse videtur illius loci Vergilii Aeneidis VI 833:
Neu *patriae* validas in *viscera* vertite vires;

Phars. VIII 830: Totaque in Aethiopum *putres* solvaris *harenas*
Silv. IV 3, 126: Qui foedum nemus et *putres harenas*

Phars. III 43: . . . . tunc obtulit *hospita tellus*
Theb. XII 500: Caelicolas, *tellus* quibus *hospita* semper Athenae; cf. Ovid. Met. III 637.

Phars. VI 465: Miratur non *ire polos.*
Silv. I 2, 212: Adnuit! *ire polo* nitidosque errare per axes

Phars. I 49 sq.: *Telluremque* nihil mutato sole timentem
Igne *vago lustrare* iuvet,
Theb. VIII 512: *Lustro vagus terras*;

De ventis:
Phars. III 362 sq.: *Ventus ut* amittit vires, *nisi* robore densae
Occurrant *silvae*, spatio diffusus inani
Theb. XII 728 sq.: *Ventorum velut* ira minor, *nisi silva* furentes
Impedit

Phars. III 46: . . . ut emissas *venti rapuere* carinas
Theb. VI 791: . . . . *rapiunt* conanima *venti*; cf. Ovid. Met. VIII 470 sq.

---

geschehen, heißt es bei Statius Theb. IV 420 »stat pervia nullis solibus« und 424 »exclusae pallet male lucis imago«, und bei Seneca, Oedip. 545 »Tristis sub illa lucis et Phoebi inscius, Restagnat humor«."

De astris:

Phars. V 563 sq.: ... sed summis etiam quae *fixa* tenentur
Astra polis,

Theb. X 636 sq.: . . . . dant clara meanti
Astra locum quosque ipsa *polis adfixerat* ignes.

Verba *polo fixae* inveniuntur apud Ovid. Trist. IV 3, 15.

De die nocteque:

Phars. VII 189: *Sub* quocumque *die*

Silv. III 3, 99 sq.: . . . . *sub* omni
Pila *die*

Theb. I 200 sq.: . . . . , et fusa *sub* omni
Terra atque unda *die*.

Phars. IV 104: *Nox subtecta*[1]) *polo* ...

Theb. I 346: *Subtexit nox* atra *polos* ...

Phars. X 173 sq.: . . . . longis Caesar producere *noctem*
Inchoat *adloquiis*

Silv. II 1, 231 sq.: . . . . *noctesque* beatas
Dulcibus *adloquiis* et vivis vultibus imple

De silentio noctis et silvae:

Phars. V 508: Caesar sollicito per *vasta silentia* gressu

Ach. II 105: Saxa nec ad *vastae* trepidare *silentia* silvae

De bruma:

Phars. I 17: Et qua *bruma rigens*

Silv. II 1, 215: . . . . hos ora *rigentia brumae*

De animalibus:

Phars. VI 627 sq.: Continuo *fugere lupi, fugere revolsis*
Unguibus *inpastae volucres*, ...

Theb. I 625 sq.:
Inpastae fugistis aves, rabidamque canum vim
Oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse *luporum*

Equi siti vexati et fatigati se regi non patiuntur:

Phars. IV 750—760:
Quippe ubi non sonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulsu rigidos vexantia frenos

---

[1]) Versus Statiani (Theb. I 346) causa in Phars. IV 104 non subtexta, sed cum codicibus m z subtecta legendum esse puto.

Ora terens spargitque iubas et subrigit aures
Incertoque pedum pugnat non stare tumultu;
Fessa iacet cervix, *fumant sudoribus artus,*
Oraque proiecta squalent *arentia* lingua
Pectora rauca gemunt, quae creber anhelitus urguet,
Et defecta gravis *longe* trahit *ilia* pulsus,
Siccaque sanguineis durescit spuma lupatis.
Iamque gradum neque verberibus stimulisque coacti
Nec quamvis crebris iussi calcaribus addunt;

Theb. VI 469—473:

Vixdum coeptus equis labor, et iam pulvere quarto
Campum ineunt, iamque et *tepidis sudoribus artus*
Effeti, et crassum rapit eiectatque vaporem
Cornipedum flammata *sitis*, nec iam integer illis
Impetus, et *longi* suspendunt *ilia*[1]) flatus.

Phars. IV 750—760:

Quippe ubi non *sonipes* motus clangore tubarum
Saxa *quatit* pulsu rigidos vexantia frenos
Ora terens spargitque iubas et subrigit aures
Incertoque pedum pugnat non stare tumultu;
Fessa iacet cervix, fumant sudoribus artus,
*Ora*que proiecta squalent arentia *lingua*
Pectora rauca gemunt, quae creber anhelitus urguet,
Et defecta gravis longe trahit ilia pulsus,
*Sicca*que sanguineis durescit *spuma lupatis*
Iamque gradum *neque verberibus stimulisque coacti*
Nec quamvis crebris iussi calcaribus addunt.

Theb. IV 730—740:

Ergo nec ardentes clipeos vectare nec artos
Thoracum nexus — tantum sitis horrida torret —
Sufficiunt; non *ora* modo angustique perusti
Faucibus, interior sed vis *quatit*; aspera pulsu
Corda, gelant venae, et *siccis* cruor aeger adhaeret
Visceribus; tunc sole putris, tunc pulvere tellus
Exhalat calidam nubem; non *spumeus* imber

---

[1]) Equi suspiriosi, dum animam ducunt, ilia trahunt. cf. Verg. Georg. III 506 sq.:

. . . . imaque *longo*
Ilia singultu tendunt,

Manat *equum*: *siccis* inlidunt *ora lupatis*[1])
Ora catenatas procul exertantia *linguas*;
Nec legem dominosve pati, sed perfurit arvis
Flammatum pecus.

Phars. IV 324—326[2]):

. . . . *torrentur viscera* flamma,
*Ora*que *sicca* rigent squamosis *aspera* linguis;
Iam marcent *venae*,

Theb. IV 731—735:

. . . . — tantum sitis horrida *torret* —
Sufficiunt; non *ora* modo angustique perusti
Faucibus, interior sed vis quatit; *aspera* pulsu
Corda, gelant *venae*, et *siccis* cruor aeger adhaeret
Visceribus

De strige:

Phars. VI 689: ... quod *strix nocturna* queruntur
Theb. III 511: *Nocturnae*que gemunt *striges* ...

3.

Nunc eae sententiae enumerandae sunt, in quibus agitur de tota hominum vita.

Ubi nonnulla, quae ad mores, consuetudines, religiones pertinent, primum commemoranda sunt:

Phars. VII 377—379: ... cum prole et coniuge *supplex*
Imperii salva si maiestate liceret,
Volverer ante pedes

Silv. V 1, 112 sq.: *Ante pedes* avide domini tam magna merentis
Volveris; cf. Propert. III 8, 12.

Phars. I 596: Turba minor *ritu* sequitur *succincta* Gabino
Silv. I 4, 107 sq.: . . . . *ritu* se *cingit* uterque
Paeonio;
cf. Verg. Aen. XII 401; Claud. de Cons. Honor. III 3.

---

[1]) Hanc versus clausulam M. Kulla, l. c., pg. 10 sq. rettulit ad Ovid. Am. I 2, 15; porro confer Horat. Carm. I 8, 6; Verg. Georg. III 208; Stat. Ach. I 281; Claud. in Ruf. II 354.

[2]) Hos duos locos contulit O. Müller, l. c., pg. 173.

Phars. I 635: . . . . *di* visa *secundent*
Ach. I 738 sq.: . . . . dextrique *secundent*
Ista *dei*

Phars. I 164: . . . . *cultus* gestare *decoros*
Silv. I 6, 29: Insignis specie, *decora cultu* . . .

De oraculis:

Phars. V 84 sq.: . . . . *sacris* se condidit *antris*
Incubuitque adyto *vates* ibi factus Apollo.
Silv. IV 3, 117—120: . . . . an *sacris* ab *antris*
Profert Chalcidicas Sibylla laurus?
Cedamus; chely, iam repone cantus:
Vates sanctior incipit; tacendum est.

Phars. I 599: Tunc qui fata deum *secreta*que *carmina* servant
Silv. IV 2, 55: Dux superum *secreta* iubet dare *carmina* Musas

Phars. I 637 sq.: . . . . *flexa* sic omina Tuscus
Involvens multaque tegens *ambage* canebat
Theb. IV 645: . . . . et *flexa* dubios *ambage* relinquit; cf. Senec. Oed. 214.

Phars. IV 551: Volneribus *dirum* Thebanis fratribus *omen*
Theb. II 263 sq.: . . . . cunctos tamen *omina* rerum
Dira movent; cf. Ovid. Met. V 550.

Quibus tractatis exempla rerum gestarum addentur:

Alexander Magnus appellatur Pellaeus ductor, quia Pella Macedoniae caput erat:

Phars. III 233: Hic ubi *Pellaeus* post Tethyos aequora *ductor*
Silv. I 1, 86: *Pellaeo*, Lysippe, *duci*, . . .

De morte Pompei:

Phars. VIII 543: Et *Pelusiaci* tam mollis turba *Canopi*
Silv. II 7, 70: Tu *Pelusiaci* scelus *Canopi*

Phars. III 87: Quaque iter est *Latiis* ad summam *fascibus* Albam
Phars. VII 428: Effectum, ut *Latios* non horreat India *fasces*
Silv. IV 1, 31 sq.: Ter *Latio* deciesque tulit labentibus annis
Augustus *fasces*,

Latii fasces pro *consules*: attributum pro possessore ponitur.

Ut Eteocles cum Polynice, ita Caesar cum Pompeio de dominatione pugnant:

Phars. I 124: . . . . *impatiens*que loci fortuna *secundi*
Theb. I 128 sq.: . . . . ruptaeque vices iurisque *secundi*
Ambitus *impatiens*

Phars. I 95: *Fraterno* primi maduerunt *sanguine* muri
Theb. I 402: . . . . *fraterni sanguinis* illum
Theb. II 113: . . . . *fraterno sanguine* Tydeus

Lucanus Romulum necavisse Remum, Statius Tydea fratrem Oleniam[1]) dicit.

Verba *fraternus sanguis* apparent iam apud Ovid. Met. XIII 149.

Etiam in rebus, quae ad bellum et pacem et arma et mortem pertinent, Statius Lucanum videtur amplexus esse.

De bello et pugna:

Phars. I 23: . . . . nondum tibi *defuit hostis*
Theb. VII 175:
Quin etiam invisos — sic *hostis defuit*? — Argos

Phars. VII 684: *Prospera bellorum* nec fractum adversa videbunt
Theb. VIII 250: . . . . non hunc Tyrii fors *prospera belli*,

Phars. VI 195: Iam praeter stantis in *summis ossibus* hastas
Theb. VIII 702: . . . . *summis* haec *ossibus* haerent,

Phars. VIII 262: . . . . *comites belli*que fugaeque
Silv. V 2, 35: . . . sed *comitem belli* sociumque laborum

De magna caede:

Phars. II 220: *Sanguine* caeruleum *torrenti* dividit aequor
Silv. I 2, 97: . . . . et *torrentes sanguine* campos,

Phars. X 438: . . . . *passuri* comminus *arma*
Theb. XI 551: . . . disce *arma pati* nec fidere laetis

Phars. IV 386: *Excussis* umquam *ferrum fibrasse lacertis*
Theb. X 745: Nunc *iaculum excusso rotat* in sublime *lacerto*

Statius videtur secutus esse Ovidium ex Ponto II 9, 57:
Atque ut es *excusso iaculum torquere lacerto*

---

[1]) cf. Apollodor. I 8, 5, 2 (Mythographi Graeci, ed. Wagner, Leipzig, 1894); Pherecyd. frgt. 83 (C. Müller, Fragm. Hist. Graec. I, pg. 91).

Phars. I 566 sq.: . . . . *crinem*que *rotantes*
Sanguineum populis ulularunt tristia Galli.
Theb. X 173: *Sanguineos*que *rotat crines*

Phars. VII 161—163:
Nec non innumero cooperta examine signa
Vixque revolsa solo maiori pondere pressum
Signiferi *mersere caput* rorantia fletu,
Theb. VI 802—804:
Ecce iterum inmodice venientem eludit et exit
Sponte ruens *mersus*que umeris: effunditur ille
In *caput,*

Pugna ex fato pendet:
Phars. VII 591: Nec tibi *fatales admoveris* ante Philippos
Theb. VIII 375 sq.: *Fatalem* populis ultro poscentibus horam
Admovet atra dies,

Phars. VI 175 sq.: . . . . et valli summa tenentis
Amputat ense manus;
Theb. IX 267 sq.: . . . insignis umeros ferus *ense* Menoeceus
Amputat;

Phars. III 673: *Avolsas*que *rotant* expulso remige sedes
Theb. X 534: Saxaque in adversos ipsis *avolsa rotabant*

Phars. IV 325: *Ora*que sicca *rigent* squamosis aspera linguis
Theb. I 277: Relliquiis trunca *ora rigent.*
Theb. IX 184: . . . . iuvat *ora rigentia* leto;
cf. Ovid. Met. XIV 502 sq.

Phars. VIII 60: *Membra* relicta *labant, riguerunt* corda, diuque
Theb. VI 871: *Membra labant, riget* arta cutis durisque laborum

De pace:
Phars. IV 473: . . . . *pacem*que *habuere* tenebrae
Silv. IV 4, 40: Et *pacem* piger annus *habet*

De armis:
Phars. I 137: *Exuvias veteris* populi
Theb. VI 67: Arma etiam et *veterum exuvias* circumdat avorum
Theb. VII 55 sqq.[1]: Terrarum *exuviae* circum et fastigia templi
Captae insignibant gentes caelataque ferro
Fragmina portarum, . . .

[1]) Ad hunc locum dicit M. Kulla, l. c., pg. 46: „Iam duo loci se-

Phars. I 320: . . . . *gladii* cum *triste micantes*
Theb. IV 153 sq.: . . . . nec *enses*
Triste micant:

Phars. I 604: Et *tollens apicem* generoso vertice Flamen
Theb. IX 414: Spumosum *attollens apicem* lapsuque sonoro

De morte:

Phars. IV 267[1]: Ut *leti* videre *viam*
Ach. I 256 sq.: . . . . praeclusaque *leti*
Tantum a matre *via* est;
cf. Ovid. Met. XI 792.

Phars. III 578: Hi *luctantem animam* lenta cum morte trahentes
Silv. I 4, 106 sq.: . . . . inveniunt positos iam segniter *artus*
*Pugnantem*que *animam*
Statius hoc loco Vergilium Aen. IV 695:
Quae *luctantem animam* nexosque resolveret *artus*
et Lucanum Phars. III 578 excerpsisse videtur.

Phars. IV 511: . . . . *fodiemus viscera* ferro
Theb. VII 767 sq.: . . . . *fossis*
Visceribus

Phars. III 639: . . . . *ruptis* cadit undique *venis*
Silv. II 1, 3: . . . . . . *abruptis* etiam nunc flebile *venis*

Phars. VI 723: . . . . . . et ruptas *letali volnere* fibras
Thes. XI 535 sq.: . . . . necdum *letalia* miscent
Volnera; cf. Verg. Aen. XI 749.

De vita hominum:

De noverca:

Phars. IV 637 sq.: ... numquam *saevae* sperare *novercae*
Plus licuit,

---

quuntur, quibus ad morem Romanorum et Graecorum alluditur, qui exuviis hostium in templis suspensis gentium nomina inscribere soliti sunt, dico Stat. Theb. VII 54 sqq. et Verg. Aen. VII 184 sqq. Hic veterem illum morem ita describit:

Captivi pendent currus curvaeque secures
Et cristae capitum et portarum ingentia claustra
Spiculaque clipeique ereptaque rostra carinis."

[1]) cf. Plut. Pyrrh. 31, 2: *τῷ δὲ Πύρρῳ πολλὰς ὁδοὺς ἀνεῳγέναι πρὸς θάνατον*, et Plut. Anton. 75, 1: *ἀποκριναμένου δὲ ἐκείνου πολλὰς ὁδοὺς Ἀντωνίῳ παρεῖναι θανάτων*,

Silv. II 1, 49: ... et *saevae* vellent servire *novercae*;
cf. Verg. Georg. II 128.

De clamore:

Phars. III 540: *Innumerae* vasto miscentur in aethere *voces*
Silv. I 6, 81: Tollunt *innumeras* ad astra *voces*
Theb. VII 111: ... *innumerae* monstro *voces*que manusque
Theb. X 147: ... et *innumerae voces* fremitusque virorum

Phars. V 149: .... nullo confusae *murmure vocis*
Theb. VI 165: ... et *vocis* decerpsit *murmura* primae;
cf. Ovid. Met. XII 49.

Phars. I 388: .... *it* tantus *ad* aethera *clamor*
Theb. III 593: .... *it clamor ad* auras

De singultu:

Phars. VIII 682 sq.: ... atque os in murmura pulsant
Singultus animae
Theb. III 90: ... extremisque *animae singultibus* errans

De quiete:

Phars. I 239: *Rupta quies* populi
Theb. II 125 sq.: Illi *rupta quies*[1]) attollit membra toroque
Eripitur plenus monstris,

De somno:

Phars. III 25: Dum non *securos* liceat mihi rumpere *somnos*
Silv. II 7, 130 sq.: .... incubatque *somno*
Securae

De virtute:

Phars. II 258: Hoc solum *longae* pretium *virtutis* habebis?
Silv. IV 8, 18: His senium *longae*que decus *virtutis* et alba

De vitiis:

Phars. IV 465: Vulteius *tacitas* sentit sub gurgite *fraudes*
Theb. X 721: *Fraude* patrem *tacita* subit avertitque timorem

---

[1]) Ad hunc locum conferatur E. Eissfeldt, Zu den Vorbildern des Statius, Philologus, N. F. XVII (1904), pg. 391: „cf. Il. II 41:

ἔγρετο δ'ἐξ ὕπνου, θείη δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή.
ἕζετο δ'ὀρθωθείς.

Man achte hier wieder auf die fast wörtliche Übereinstimmung: Illi rupta quies = *ἔγρετο δ'ἐξ ὕπνου*, attollit membra = *ἕζετο δ'ὀρθωθείς*, plenus monstris = *θείη δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή.*"

Phars. I 87: . . . . nimiaque *cupidine caeci*
Phars. VII 747: . . . . aurique *cupidine caecos*
Theb. II 116: . . . . *caecum*que *cupidine* regni;
cf. Lucret. IV 1153; Sall. Iug. 25, 7; 37, 4.

Phars. I 181: . . . . *avidum*que in tempora *fenus*
Silv. II 2, 151 sq.: . . . *avidi*que animum dispendia torquent
Fenoris:

De affectibus animi:

De luctu:

Phars. II 37: . . . . *planctu* liventis *atra lacertos*
Silv. II 6, 82 sq.: . . . . non saevius *atros*
Nigrasset *planctu* genetrix tibi saeva *lacertos*

Phars. VIII 67: . . . et astrictos *refovet conplexibus* artus
Silv. II 1, 121: . . . et gremio puerum *complexa fovebat*

Phars. IV 324: . . *torrentur viscera* flamma
Theb. IX 857: . . . ac *viscera torsit*; cf. Ovid. Met. VIII 516.

Phars. III 240: Quique suas *struxere pyras*
Silv. III 3, 134: Spargere, collectaeque *pyram struxere* pharetrae;
cf. Verg. Aen. VI 215; XI 204.

Phars. II 335: Effusas *laniata* comas contusaque *pectus*
Ach. I 77: Orabat *laniata* genas et *pectore* nudo;
cf. Ovid. Met. XI 681.

De fletu:

Phars. IV 180: Arma *rigant lacrimis*
Theb. II 234 sq.: . . . . tunc ora *rigantur* honestis
Imbribus (= lacrimis); cf. Verg. Aen. IX 251.

De ira:

Phars. II 324: *Irarum movit stimulos* iuvenisque calorem
Theb. X 75 sq.: Horruit *iarum stimulis mota*que verendum
Turbavit diadema coma:
Similiter Verg. Aen. XI 452; 728.

De gaudio:

Phars. IV 278: . . . *gaudebit sanguine* fuso
Theb. IX 442: . . . et *sanguine gaudes*; cf. Verg. Georg. II 510.

De suspirio:

Phars. V 218: . . . sic *muta* levant *suspiria* vatem
Theb. XI 604: Tandem *muta* diu genitor *suspiria* solvit

De terrore:

Phars. V 154: ... nulloque *horrore comarum*
Theb. X 606: Stant tristes *horrore comae*; cf. Verg. Aen. XII 868: Arrectaeque *horrore comae.*

De rebus humanis:

De habitatore:

Phars. I 27: *Rarus* et antiquis *habitator* in urbibus errat
Theb. IV 150: ... *rarus* vacuis *habitator* in arvis

De vestibus:

Phars. VIII 367 sq.: ... et laxas *vestes* et *fluxa* virorum
Velamenta vides
Ach. I 533: O scelus! en *fluxae* veniunt in pectora *vestes*

De pectore arcano:

Phars. II 285: *Arcano* sacras reddit Cato *pectore* voces
Theb. I 246: . . . . *arcano* de *pectore* fallax

De hominum commercio:

Phars. II 2: ... *leges*que *et foedera*[1]) rerum
Phars. VIII 399: . . . . *leges et foedera* taedae
Theb. XII 642: Terrarum *leges et mundi foedera* mecum.
Verba *mundi foedera*, quae ex Senecae Medea 609 sumpta sunt, apparent etiam apud Lucanum I 80:

Machina divolsi *turbabit foedera mundi.*

Cum hoc versu comparemus
Theb. III 233: ... rape cunctantes et *foedera turba*

Phars. I 4: ... et *rupto foedere* regni
Theb. II 339: ... et *foedere rupto*; cf. Manil. II 48.

Phars. VIII 450: ... ne *iura fidem*que
Phars. III 302: Non Graia levitate *fidem* signataque *iura.*
Ach. I 403: *Iura fidem*; cf. Verg. Aen. II 541.

De lingua:

Phars. VI 701: Manibus et mihi sunt tacitae *commercia linguae*
Phars. VIII 348: Exiget ignorans Latiae *commercia linguae*
Theb. II 512: ... et dirae *commercia* iungere *linguae*;
cf. Ovid. Trist. III 11, 9; V 7, 61; V 10, 35.

---

[1]) cf. Verg. Aen. XII 822; Georg. I 60.

De velis:
Phars. V 428 sq.: . . . . *summa*que pandens
Suppara velorum perituras colligit auras
Silv. III 2, 27: . . . vos *summis* adnectite *sipara velis*

De foribus irruptis:
Phars. V 127: . . . cogitque *fores inrumpere* templi
Theb. VI 641: *Inrumpit* clamore *fores*

Verba *mores accipere* ex hominibus in undam apud Lucanum translata sunt:
Phars. X 329: . . . *moribus* unda *receptis*
Ach. I 858 sq.: . . . materno cum raptus ab ubere *mores*
Accepit

De triumpho:
Phars. VIII 815: Contentum multos patriae *donasse triumphos*
Silv. III 3, 140: Laetus Idymaei *donavit* honore *triumphi*

De voltu et voce:
Phars. V 471 sq.: . . . . nam *cernere voltus*
Et voces audire *datur,*
Silv. I 3, 30 sq.: . . . . *datur* hic *transmittere visus*
Et voces et paene manus[1]).

4.

Sequantur denique eae sententiae, quae partibus antecedentibus inseri non potuerunt.
Phars. I 301: *Hoc* cruor arctois *meruit* diffusus in arvis
Theb. III 274: *Hoc* mihi Lemniacae de te *meruere* catenae?

Phars. VI 732: . . . *iam vos ego* nomine vero
Theb. IV 518: *Iamque ego vos*

Phars. III 443 sq.: Tum primum *posuere comas* et fronde carentes
Admisere diem
Theb. VI 516 sq.: Te Nemea, tibi Lerna *comas* Larissaque supplex
Poneret; cf. postea Claudian. Rapt. Pros. IV 49.

Phars. V 365: *Volgus iners*
Theb. V 120: At nos *volgus iners*?
cf. postea Claudian. Rapt. Pros. I 21.

---

[1]) De versus initio: *Et voces et paene manus* cf. Zingerle, Zu spät. Lat. Dichtern, I, Innsbruck, 1873, pg. 42 et M. Kulla, l. c., pg. 13 sq.

Phars. V 413–415:
Fortius *hiberni* flatus, caelumque fretumque
Cum cepere, tenent, quam quos incumbere certos
Perfida nubiferi vetat *inconstantia* veris.
Theb. VI 305 sq.: . . . . etenim insatiatus eundi
Ardor et *hiberno* par *inconstantia* ponto

Phars. V 445: Oblitus *servare vices*
Silv. I 2, 156: Nec *servat* natura *vices*; cf. Verg. Aen. IX 222.

Phars. VI 95: Iam *riget* atra *cutis* distentaque lumina rumpit
Theb. VI 871: Membra labant, *riget* arta [1]) *cutis* durisque laborum

Phars. VI 415: Mens agitat, summique *gravem* discriminis *horam*
Silv. II 1, 54: Barba tibi? cuncta in cineres *gravis* intulit *hora*

Phars. VI 443: Inpia tot populis, tot *surdas* gentibus *aures*
Silv. II 1, 7: Odistique chelyn *surda*que averteris *aure*;
cf. Ovid. ex Ponto II 9, 25.

Phars. IX 452 sq.: Nec ruit in silvas *annosaque robora torquens*
Lassatur.
Theb. I 564 sq.: . . . . squamisque *annosa terentem*
Robora,

Phars. I 199: . . . . *numinis instar*
Theb. X 361: Per ducis errantis *instar* mihi *numinis* umbras
Postea Claud. Cons. Stil. I 230.

Phars. I 82: Crescendi *posuere modum*
Phars. X 331: Rura *modum*que vetat crescendi *ponere* ripas
Silv. II 6, 1 sq.: Saeve nimis; lacrimis quisquis discrimina *ponis*
Lugendique *modos.*
cf. Verg. Aen. VII 129; Horat. Carm. I 16, 2.

Phars. I 120: . . . *stimulos dedit* aemula virtus [2])
Ach. I 202 sq.: . . . . laudemque *daturi*
Cecropidae *stimulos,*

Phars. IX 701: . . . tumida *cervice levavit*
Theb. X 380: Subiecta *cervice levant*

---

[1]) Nescio an hoc loco sequendus sit codex L, qui pro *arta* habet *atra.*
[2]) cf. Claudian. Bell. Gild. 349.

V.

In hac parte agitur de **rebus mythologicis et historicis aliisque, in quibus argumentis potius quam verbis poëtae inter se consentiunt.**

1.

Primo quantopere Statius in rebus, quae ad deos et fabulas mythologicas pertinent, secutus sit Lucanum, demonstrabo.

De Apolline Admeti regis boves in Thessalia pascente:

Phars. VI 367 sq.: . . . . et flumine puro
Inrigat *Amphrysos famulantis pascua* Phoebi

Silv. I 4, 105: Aut *Amphrysiaco pastor* de *gramine* carpsit

Theb. VI 375–377:
. . . . *Peliacis* hic cum *famularer* in *arvis*
— Sic Iovis imperia et nigrae voluere Sorores —
Tura dabat *famulo*

De Apolline qui oraculum Delphicum obtinet:

Phars. I 63–65: . . . . *nec,* si *te* pectore vates
Accipio, *Cirrhaea* velim secreta *moventem*
Sollicitare deum Bacchumque avertere Nysa

Silv. V 3, 3—5: . . . . *neque* enim antra *moveri*
Delia nec solitam fas est *impellere Cirrham*
Te sine

Similibus igitur verbis de rebus Delphicis[1]) utuntur.

Phars. I 63—66:
Sed mihi iam numen, nec, si te pectore vates
Accipio, *Cirrhaea* velim secreta moventem
Sollicitare deum Bacchumque avertere Nysa:
Tu satis ad *vires* Romana in carmina dandas

Silv. I 4, 19—23:
Ast ego nec *Phoebum*, quamquam mihi surda sine illo
Plectra, nec Aonias decima cum Pallade divas
Aut mitem Tegeae Dircesve hortabor alumnum:
Ipse veni *vires*que novas animumque ministra,
Qui caneris;

[1]) Huc spectant Lucan. III 172; V 156.

Poëtae neque ab Apolline neque a Musis neque a Mercurio neque a Baccho petunt auxilium carmini componendo, sed ii, qui celebrantur, — apud Lucanum est Nero, apud Statium est Gallicus — dent vires atque ingenium, quibus canuntur, orantur. Qui usus primum invenitur apud Propert. II 1, 3, postea apud Manilium et Germanicum; creberrime occurrit apud Statium I 5, 1 sqq.; I 6, 1 sqq.; II 3, 6 sqq.; V 3, 3 sqq.; V 5, 1 sqq.

Phars. V 166 sq.: ... non umquam plenior artus
Phoebados *inrupit* Paean *mentem*que priorem
Theb. X 341: ... saepe hanc dignare *inrumpere mentem*

Phars. III 205 sq.: ... et quae tua munera Pallas,
Lugent damnatae *Phoebo* victore, *Celaenae*,
Theb. IV 185 sq.: ... qui non certamina *Phoebi*
Nosset et inlustres Satyro pendente *Celaenas*
Postea Claudian. in Eutr. II 257.

Phars. IX 661: *Arcados auctoris citharae*
Silv. II 7, 6: Vocalis *citharae repertor Arcas*
Mercurius inventor lyrae etiam apud Horat. Carm. I 10, 6.

Phars. I 484 sq.: . . . . sic quisque *pavendo*
Dat vires *famae,*
Theb. IV 369: Adcumulat crebros turbatrix *Fama pavores*;
cf. Famae descriptio illa, quam praebet Verg. Aen. IV 174 sqq.

De Phemonoe praenuntia Apollinis patris:
Phars. V 126: *Phemonoen* errore vagam
Phars. V 186 sq.: ... sic plena laborat
Phemonoe Phoebo,
Silv. II 2, 38 sq.[1]): ... reseretque arcana pudicos
Phemonoe fontes

De Nemesi Rhamnusia[2]):
Phars. V 233: Et tumidis *infesta* colit qua numina *Rhamnus,*
Silv. III 5, 5: Audiat *infesto* licet hoc *Rhamnusia* vultu

De Argonautis:
Phars. III 193—197:
. . . ., cum rudis *Argo*
Miscuit ignotas *temerato* litore gentes

---

[1]) Ad hunc locum cf. A. Klotz, l. c., pg. 25.
[2]) cf. Catull. 66, 71; Ovid. Met. III 406; Claudian. de Bello Pollentino 631.

Primaque cum ventis pelagique furentibus undis
Conposuit mortale genus, fatisque per illam
Accessit mors una ratem.

Silv. II 7,50: Et *puppem temerariam* Minervae[1])

De Hero et Leandro:

Phars. IX 954 sq.: . . . . et amore notatum
Aequor et *Heroas* lacrimoso litore turres,

Silv. I 3, 27 sq.: *Sestiacos* nunc Fama sinus *pelagus*que natatum
Iactet

De numero ingenti hominum:

Phars. VI 55—60: Tot *potuere manus adiungere Seston Abydo*
Ingestoque solo *Phrixeum* elidere *pontum*
Aut Pelopis latis *Ephyren* abrumpere regnis
Et ratibus longae flexus donare Maleae
Aut aliquem mundi, quamvis natura negasset,
In melius mutare locum.

Silv. IV 3, 56—60: Hae *possent* et Athon cavare *dextrae*
Et maestum *pelagus* gementis *Helles*
Intercludere ponte non natanti
His parvus, nisi cliviae vetarent,
Inous freta miscuisset *Isthmos.*

Uterque poëta numerum eorum, qui coacti sunt, non dicit, sed quid hic numerus efficere potuerit.

De Spartis:

Phars. IV 549—551: . . . . sic semine Cadmi
Emicuit Dircaea cohors ceciditque suorum
Volneribus dirum Thebanis *fratribus omen*

Theb. I 184 sq.: *Fraternas*que acies fetae telluris hiatu
Augurium seros dimisit ad usque *nepotes?*

Apud Lucanum manes Sullae et Marii, apud Statium viri e dentibus draconis a Cadmo satis orti apparent et agricolis in arvis laborantibus timorem iniciunt:

Phars. I 578—583: Insonuere tubae, et quanto clamore cohortes
Miscentur, tantum *nox atra* silentibus auris
Edidit. E medio visi *consurgere* campo

[1]) Quod Statius in Genethliaco Lucani Argonautas commemorat, haud scio an significare voluerit Lucanum Odysseam et Argonautarum iter tractare prius in animo habuisse: cf. Vollmer, l. c., pg. 376.

Tristia Sullani cecinere oracula manes,
Tollentemque caput gelidas Anienis ad undas
Agricolae Marium fracto *fugere* sepulcro.

Theb. IV 438—442:
.... ingentes infelix terra tumultus
Lucis adhuc *medio* solaque in *nocte* per umbras
Expirat, nigri cum vana in proelia *surgunt*
Terrigenae; *fugi*t incepto tremibundus ab arvo
Agricola insanique domum rediere iuvenci[1]).

De exequiis Eteoclis et Polynicis:

Phars. I 550—552: ... ostendens confectas *flamma* Latinas
*Scinditur in partes gemino*que *cacumine* surgit
Thebanos imitata rogos.

Theb. XII 431 sq.: ... exundant *diviso vertice flammae*
*Alternos*que *apices* abrupta luce coruscant.

De Sole redeunte:

Phars. I 543 sq.: ... qualem *fugiente* per ortus
Sole Thyesteae noctem duxere *Mycenae.*

Theb. I 325: Et caligantes *abrupto sole Mycenas*

Theb. II 184: Non *fugeret* diras *lux intercisa Mycenas*

Quae res mythologica etiam invenitur apud Ovid. ex Ponto IV 6, 47; Claudian. in Olyb. et Prob. Cons. 171.

2.

Argumentis e Graecorum historia fabulosa sumptis addantur exempla et rerum antiquarum Romanarum et rerum, quae ad ipsorum poëtarum aetatem spectant.

Phars. VII 37—39: Te mixto flesset luctu iuvenisque senexque
Iniussusque puer lacerasset crine soluto
Pectora *femineum,* ceu *Bruti* funere, volgus.

Silv. I 4, 41 sq.: Non labente Numa timuit sic Curia felix
Pompeio nec celsus eques nec *femina Bruto*

Ex temporibus Augusti poëtae latini, atque praecipue posteriores, imperatoribus aequalibus blandiri soliti sunt.

---

[1]) Ad hos locos dicit Lehanneur, l. c., pg. 257: „Minime dubitari potest quin Statius Lucanum imitari voluerit. Narrat enim in agris a Cadmo satis saepius terrigenas ad nocturna proelia consurgere: tum, ait, agricola ... fugit incepto tremebundus ab arvo. sicut „Agricolae fracto Marium pavere sepulcro“ (Phars. I 580).“

Item Lucanus noster primo quidem adulationibus Neronem sibi conciliare coepit, — quarum vestigia in Pharsalia remanserunt — postea autem, cum hunc gloriae ipsius poëticae invidere atque insidias parare animadvertisset, tanto odio in imperatorem exarsit, ut in carmine suo multis locis Caesare vituperato gentem Iuliam, in quam Nero receptus erat, acriter ac vehementer aggrederetur. Statius autem imperatori Domitiano per omnia carmina blanditus est, quam ob rem temporibus posterioribus magnopere vituperatus est[1]. Multa autem excusanda sunt, si illius aetatis usum consideramus. In his blanditiis Lucani et Statii saepe eadem argumenta et eadem verba inveniuntur. Haec exempla inveni:

Phars. I 45—47[2]: . . . . te, cum statione peracta
Astra petes serus, praelati *regia caeli*
Excipiet *gaudente* polo;

Silv. IV 2, 20—22:
. . . . stupet hoc vicina Tonantis
Regia, teque pari *laetantur* sede locatum
Numina — nec magnum *properes excedere caelum*

Similiter Silv. I 1, 105:
Certus ames terras et quae tibi templa dicamus,
cf. Horat. Car. I 2, 45; Ovid. Met. XV 868.

Phars. I 33—51[3]):
Quod si non aliam venturo fata Neroni
Invenere viam magnoque *aeterna* parantur
Regna deis caelumque suo servire Tonanti
Non nisi saevorum potuit post bella gigantum,
Iam nihil, o superi, querimur; . . .
. . . . Te, cum statione peracta
Astra petes serus, praelati regia *caeli*
Excipiet gaudente *polo, seu* sceptra tenere,
Seu te flammigeros Phoebi conscendere currus,
Telluremque nihil mutato sole timentem

[1]) cf. Vollmer, l. c., pg. 21.

[2]) confer ad hunc locum Luehr, l. c., pg. 13—14 et Zingerle, Zu spät. Lat. Dichtern, I, pg. 6 sq.

[3]) De hoc loco disseruit Ludwig Paul, Die Vergottung Neros durch Lucanus, Neue Jahrb. für Phil. u. Pädagogik 149 (1894), pg. 409 sqq.

Igne vago lustrare iuvet, *tibi numine* ab omni
Cedetur[1]), etc.

Ut Lucanus initio operis sui imperatorem Neronem celebrat, ita Statius imperatorem Domitianum, cui Thebaidem dedicat, laudibus effert, quod ex versibus 1—45 primi libri cognoscitur. Ex quibus hoc loco versus 22—33 adscribere satis est:

... teque, o Latiae decus, addite famae
Quem nova mature subeuntem exorsa parentis
Aeternum sibi Roma cupit. *licet* artior omnis
Limes agat *stellas* et te plaga lucida *caeli,*
Pleiadum Boreaeque et hiulci fulminis expers,
Sollicitet, *licet ignipedum frenator equorum*
Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat aut magni *cedat*[2]) *tibi Iuppiter* aequa
Parte *poli*, maneas hominum contentus habenis,
Undarum terraeque potens, et sidera dones.
Tempus erit[3]), cum Pierio tua fortior oestro
Facta canam:

Similes blanditiae leguntur in Senecae Herc. Oet. 89 sqq.; 1576 sqq.

De illorum temporum luxu:

Phars. IX 430: *Extremo*que *epulas* mensasque *petimus ab orbe*

Silv. IV 6, 5—7: ... neque enim ludibria ventris
Hausimus aut *epulas diverso a sole petitas*
Vinaque perpetuis aevo certantia fastis

Bactra et Babylon dicta sunt pro Parthis:

Phars. VIII 299 sq.:
*Bactra*que, Medorum sedem, murisque superbam
Assyrias, *Babylona*, domos.

Silv. IV 1, 40 sq.: Restat *Bactra* novis, restat *Babylona* tributis
Frenari;

3.

Nunc eae res adferendae sunt, quae ad naturam spectant. Haec exempla invenimus:

---

[1]) Lucanus hoc loco respexit Ovidii Met. XV 848 sqq. R. Helm, l. c., pg. 150 etiam affert Verg. Georg. I 24 sqq.; Horat. Carm. I 2, 45 sqq.

[2]) Ad hunc locum cf. Hosius, Lucan und seine Quellen, Mus. Rhen. XLVIII (1893), pg. 392, Anmerkung 1.

[3]) Ex versibus 32 sqq. cognoscitur Statium postea res Domitiani gestas canere in animo habuisse: cf. Vollmer, l. c., pg. 13.

De Bagrada Africae flumine:
Phars. IV 587 sq.: .... qua *se*
Bagrada lentus agit
Silv. IV 3, 90 sq.: Qualis Cinyphius tacente ripa
Poenos *Bagrada serpit* inter agros,

Lucanum videtur secutus esse Silius Italicus in Punic. VI 140—141: Turbidus arentis *lento* pede sulcat harenas
Bagrada
et VI 677: *Lentus* harenosus spumabat *Bagrada* campo.

De Syrtibus, quorum fines dubii sunt alternis fluxus atque refluxus vicibus, dicunt poëtae:
Phars IX 861: ... *dubiis* hinc *Syrtibus* orbem
Theb. I 687: .... *incerto* litore *Syrtes*

De imbribus:
Phars. IV 123—125:
.... iam *rarior aer*
Et par Phoebus *aquis* densas in vellera *nubes*
Sparserat
Silv. I 2, 185 sq.: ... ipsum in conubia terrae
Aethera, cum *pluviis rarescunt nubila,* solvo.

Quibus verbis Lucanus demonstrat Phoebum nubes expellere, iisdem Statius utitur, ut describat, quomodo Venus terrae imbres demittat. Praeterea Statius meminisse videtur illius versus Lucretii VI 214:
... *rarescunt* quoque *nubila* caeli.

De alno arbore utili navibus struendis:
Phars. III 441: ... et *fluctibus* aptior *alnus*
Theb. VI 106: *Alnus* amica *fretis*; cf. Claud. Rapt. Pros. II 107.

De undis:
Phars. V 641: Rursus *hiant undae* . . .
Silv. III 2, 63: ... *pelago*que immisit *hianti*

Phars. X 328—329: ... quos inter in alta
In convalle tacens iam *moribus* unda *receptis*
Silv. III 2, 87: Quos tibi currenti praeceps *gerat* Hadria *mores*

Verba *accipere mores* apparent etiam in Achilleide I 858—859[1]).

[1]) pg. 50.

De avibus:

Phars. V 714: Mox ubi percussit *tensas* notus altior *alas*
Silv. IV 3, 38: Non *tensae* volucrum per astra *pennae*
Theb. VI 299: Confligant *tensae*[1]) *volucres* ...

4.

Deinde eae res enumerandae sunt, in quibus de tota hominum vita agitur.

Ad religionem, mores, consuetudines spectant haec:

De auspicio:

Phars. I 588: ... et *monitus errantis* in aere *pinnae*
Theb. VII 404: Quippe serunt diros *monitus volucres*que

Pariter etiam Lucanus Statiusque queruntur, quod mortales praenosse futurum cupiant:

Phars. II 4—6: ... *cur hanc* tibi, rector Olympi,
Sollicitis visum *mortalibus* addere *curam*,
Noscant *venturas* ut dira per omina clades?
Theb. III 551—553: . . . . *unde iste* per orbem
Primus *venturi miseris animantibus* aeger
Crevit *amor*?

De origine religionum:

Phars. I 486: *Quae finxere, timent.*
Theb. III 661: Primus in orbe *deos fecit timor*!
Similia dixerunt Lucret. V 1161 sqq. et Petron. frgt. 27, 1.

De imperii societate:

Phars. I 92 sq.: *Nulla fides regni sociis* omnisque potestas
Impatiens consortis erat.
Theb. I 126—130:
Gentilisque animos subiit furor aegraque laetis
Invidia atque parens odii metus, inde regendi
Saevus amor, ruptaeque vices iurisque secundi
Ambitus *impatiens,* et summo dulcius unum
Stare loco, *sociis*que *comes discordia regnis.*

Ut Lucanus de Caesare et Pompeio, ita Statius de fratribus Thebanis duos gubernatores, qui unum populum regunt, plerumque discordes esse dicit[2]).

---

[1]) Versus Lucanei causa (Phars. V 714) scribo cum codice P: tensae volucres contra ω, qui habent: densae.

[2]) Vide R. Helm, l. c., pg. 151.

Similiter Plutarchus in Demetrio, cap. 3: Οὕτως πάντη δυσκοινώνητον ἡ ἀρχὴ καὶ μεστὸν ἀπιστίας καὶ δυσνοίας.
Porro cf. Enn. Fab. 404; Ovid. Ars Amat. III 564; Curt. X 9, 1; Tacit. Annal. XIII 17; al.

Sed et alibi hunc Pharsaliae locum Statius imitatus est:
Phars. I 92 sq.: Nulla fides regni sociis omnisque *potestas*
Impatiens *consortis* erat
Theb. I 187: Saevior adsurgens dempto *consorte potestas*

Phars. V 384: ... et *laetos* fecit se consule *fastos*
Silv. IV 1, 20: ... da *gaudia fastis*
id est: annus bene circumagatur.

Phars. V 738: ... non audet *flentem deprendere* Magnum.
Theb. II 337—339: ... quotiens haec ora naturae
Fletibus et magnas latrantia pectora curas
Admota *deprendo* manu?
Phars. I 82—84:
... nec gentibus ullis
Commodat in populum terrae pelagique potentem
Invidiam Fortuna suam
Theb. IV 75 sq.: . . . . cui *commodat iras*
Cuncta cohors

Phars. II 23 sq.: . . . . nec *mater* crine soluto
Exigit ad saevos *famularum bracchia planctus*
Theb. VI 33—35: Asperior contra *planctus*que egressa viriles
Exemplo *famulas* premit hortaturque volentes
Orba *parens*
Similiter Theb. VI 218 sq.[1]):
... quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem *famularum bracchia planctum*

Deinde in describendo dolore maxime iisdem coloribus utuntur:
Phars. II 20—28:
Tum questus tenuere suos magnusque per omnis
Erravit sine voce dolor. Sic *funere primo*

---

[1]) Hunc locum ad Verg. Aen. XI 188 rettulit E. Eissfeldt, Zu den Vorbildern des Statius, Philologus, N. F. XVII (1904), pg. 402.

Attonitae *tacuere* domus, cum corpora nondum
